



Liber de scholastica

disciplina autoritatibus scripturarum
cum distichis interpolitis cōpositus.

Qui itidē hortulus sapiētiæ siue po-
marium scientie vel rosariū doctri-
nae nūcupari potest. **Habet eniz**
varios doctrinae. scientiae. et sa-
pientie flores. quod opus: cuz
doctrinale ac disciplinale sit:

Et de officio magistroruz
atq3 discipuloruz tractet
studiosis adoleſcētibus
ac preceptoribus eoruz
nō min⁹ erit iucūdū
quam vtilē.





Res
46452 S. Bento



Disciplina vel a discipulis vel a disco deri-
uatur. et est illud quod in litterarum gen-
narijs discipuli plene adiscunt. Ait mar-
cellus.

Quod iuvenes discant id disciplina vocatur.
Discipulusq; dedit discoure nomen ei.

Disciplina dicitur a disco. quod proprie est rem ignota
studio assequi. qui eam docet doctor: qui discit discipulus
nuncupatur. ait nonius.

Dicitur a disco. qui discit iure vocatur

Discipulus: doctor: qui documenta docet.

Disciplina. doctrina. scientia. facultas. professio idem
videntur significare. sed diuersis respectibus diuersis nun-
cupantur nominibus. ait nonius.

Dant discipline diuersa vocabula docti.

Significare tamen cuncta videntur idem.

Est disciplina in discipulo: doctrina in magistro. quam
enim doctor docet doctrina: quam vero discipulus discit
disciplina vocatur. ait pollux.

Doctor: ubiq; docens doctrinam tradit alijs.

Ait disciplinam turba docenda capit.

Respectu docetis dicit doctrina: respectu vero discetis
disciplina. cum in vtroq; idem esse videat. ait dñicus nan^o.

Dicit disciplinam studio quam discis honesto:

Doctrinam doctor: quam docet ipse voces.

Arts ipsa docendi vel discendi itidem disciplina vocatur.
disciplinosus qui facile discit: disciplinatus vero doctrina
instructus interpretatur. vgo.

Artem preterea discendi siue docendi.

Disciplinarum nomine sepe vocant.

Est etiam disciplina morum ordinata correctio et maio-
rum precedentium patrum regularum observatio. tho. et
vgo de sancto vic.

Disciplina malos punit sanctissima mores

Eservatur ea regula sancta patrum.

Disciplīna est observatio sancta et honesta cui parum est non malū facere: sed studet et his que recte fiunt et per cuncta irreprehensibilis apparere, ait vgo de sancto vic.

Est disciplina observatio sancta et honesta.

Omne malū in fugiens est sciensqz bonum.

Disciplīna versatur circa correctionem et instructionē, quorū primum fit timore, secundum et amore perficitur aug. lib. ser.

Omne salutiferis vitium ferit illa flagellis.

gaudens preceptis omne docere bonum

Disciplīna in duas partes diuiditur. scilicet in correctionē et instructionem. aug. lib. de moribus ecclesie.

Crimen et errores et quicquid cernit iniquum.

Punit: et ignaros instruit atqz docet.

Disciplīna est expultrix vitiorū: emendatrix male vitæ: magistra religionis et vere pietatis. aug. lib. ser.

Expellit vitium vitamqz emendat honestos

In sancta mores religionis docet.

Quā cōpositū reddit omnē corporis statum nec nō et mentis habitū disciplina. ceruicē submittit: ponit sup cilia: cōponit vultū: ligat oculos: cachinatiōes cohibet: mōderatur linguā: frenat gulā: sedat irā: format incessus. ber.

Colla supercilium vultumqz oculosqz cachinnos

format et incessum tum bona multa parat.

Disciplīna est pars potētialis iustitię cōtenta sub humilitate superbię et omni vitio cōtraria. tho. ij. q. lxxx. ar. iij.

Iustitię pars est tumidis contraria mitis

Atqz humiles rectis applicat illa vijs.

Iugo discipline insolentia morū demanda est. quensqz duris ac diuinis attrita seniorū legibus humilietur et sanetur ceruicosa voluntas: bonūqz in se nature quod subperblendo amiserat: obediendo recuperet, vgo.

Est peruersorum domitanda superbia morum

Et cogenda iugo subdat vt illa caput.

Cōgregate vos in domo discipline: et omni correctio

464
De disciplina.

ni colla sumittite. ecclesiastici ultimo.

In discipline concurrite nobilis aulam.
Ac doctrinarum subdite colla iugo.

In disciplina perseuerate et caueate ne dimittatis eam.
ad romanos. ij.

In disciplina maneat studiosa iuuentus.
fita nec amittat siue relinquat eam.

Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam. et om-
nis qui odit eam minuetur omni bono. ecclesiasti. nono.
et prouer. viij.

Quisquis omittit: in ops morietur: et omne subibit.
Dedecus amittens grandius inde bonum.

Sapientiam atq3 disciplinam qui abijcit infelix est. et
vacua spes eius et laboris illius sine fructu et inutilia ope-
ra eius. sapi. iij.

Qui disciplinam contemnit inane laboris
frustra exercet opus spemq3 tenet vacuam.

Ibi est superbia vbi negligitur disciplina: et ibi est pru-
dentia vbi animus se doctrine et discipline tradit. aug. lib ser.

Se discipline tradit prudentia doctre.
Turba superba caput non bene subdit ei.

Disciplinam domini ne abijcias. tene nec dimittas eam.
custodi illam et custodiet te. quia ipsa est vita tua. prouer. iij.

Qui custodit eam quoq3 custoditur ab illa
Qui non custodit morte repente cadit.

Quamuis nusquam disciplinam suam homo deserere de-
beat. ibi tamen diligentius conseruanda est. vbi vel neglecta
generat scandalum: vel custodita virtutis exemplum.

Disciplina malum generat neglecta nocuum.
Custodita parat grande decusq3 bonum

Mirandum est cum omnes homines bene viuere cupiat
cur disciplinam quae bene viuatur acquirere non studeant.
apu' eius.

Vivere cum doceat nos disciplina beate:
Nescio qua propter despiciamus eam

Per discipline officium rex regit regnum, pater provinciam, iudex civitatem, pater prolem et familiam, subditus obedit prefidi, discipulus magistro, filius patri, servus domino, vgo.

Disciplina domos vrbes et regna gubernat
Cunctaq; presidibus subdit et illa suis.

Sapientia optimas leges inuenit, malorum morum barbariem expulit, viam ad omnem virtutem edocuit, ait socrates, apud platonem.

Egregias leges et iura salubria terris,
Disciplina tulit barbariem et repulit

Beatus qui inuenit sapientiam et qui affluit prudentia, melior est fructus eius negotiatione auri et argenti: primi et purissimi fructus eius, pretiosior est enim cunctis operibus: et omnia que desiderantur huic non valent comparari, prou. iij.

Felix qui reperit doctrine nobile bonum,
Et qui prudenter cuncta disertus agit.

Cor sine doctrina et disciplina exaltari non valet, ait grege, in moralibus.

Cor sine doctrina exaltari non valet vnquam
Quin pessimoq; datur deprimiturq; solo.

Sapientia animum perficit: vitam disponit: actiones regit: agenda et omittenda demonstrat: et sine qua nemo est perfectus, ait phis.

Perfecti illa animum vitam disponit: et actus
Dirigit: et doctis monstrat agenda vitis.

Doctrina et disciplina polit hominem docet ornat et instruit et a ceteris animantibus differre facit, ait phis.

Nobilitans acuit docet instruit ornat et aptat.
Et differre feris deniq; quemq; facit.

Ille prefertur alijs qui doctrinam et litteras didicit: et qui egregiam mentem atq; disciplinatam habet.

ait. menander.

*Egregiam mentem et doctam sortitus honore,
Dignior. et reliquis anteferendus erit.*

Doctrinam et disciplinam super argentum et aurum et
super omnem lapidem pretiosum dilige. prouer. viij.

*Dilige doctrinam siquidem pretiosior auro est.
Eedit iaspis onix atq; piropus ei.*

Posside sapiētiam quia auro melior est. acquire prudentiam
quia pretiosior est argento. prouer. xvi.

*Mobilis argentum sapientia vincit et aurum.
Furtiue et fluidis anteferenda bonis*

Sapientia diuitijs pretiosior est et nescit homo pretium
eius. ait menander.

*Doctrina est opibus pretiosior alma caducis.
At pretium paucis indicat illa suum.*

Sapientia non est multis manifesta: qui inuenit eam
inuenit optimum thesaurum. ait. phis.

*Ignota est multis sapientia cognita paucis:
Thesaurumq; tenent qui didicere bonum.*

Sapientia infinitus thesaurus est hominibus atq; om-
nium bonorum mater est. hoc thesauro qui vsi sunt partici-
pes facti sunt amicitie dei. sap. viij.

*Dat tibi thesaurum sapientia doctre salubrem.
Participemq; dei reddit amicitie.*

Auari veras diuitias contemneutes caducas amant et
in minimis cauti in maximis negligentes inueniuntur.
ait. hiero.

*Cautus in erigulis et prouidus errat auarus.
Magnis in cautus stultus bebesq; manet.*

Potius doctus pauper quam indoctus diues. siquidem
alterum deesse potest: alterum nunquam esse desinit.
ait diogenes.

*Inspiciens locuples sapienti cedat egeno.
Namq; tenet fixas doctus egenus oves.*

Bona fortune nec quenquam meliorem faciunt. ideo

sapientie cedat auaricia mater malitie vni: erse. ait seneca.

¶ Si bona fortune meliorem reddere possunt.

Nullam: doctrinae cedat auaricia.

¶ Dives indoctus sine moribus quasi quedam pecus haberi debet. inquit phis.

¶ Præuis et indoctus locuples sine moribus vllis

Dile proculdubio creditur esse pecus.

¶ Quid prodest stulto multas habere diuitias quæ prudentiam et sapientiam enere non possit. prover. xvij.

¶ Quid tibi dives opes profunt miserande caduce.

Doctrinarum etenim non tibi minus emunt.

¶ Sapientes eligunt bona aic q̄ immortalia sunt: insipientes vero corporis que caduca et inania esse constat. ait. phis.

¶ Diuitias anime sapiens amat. insipientes.

Corporis illecebras et bona fluxa petunt.

¶ Sunt quidam homines doctrine præcepta continententes et vitam pecudum eligentes similes sardanapolo. ait seneca.

¶ Quidam homines fugiunt præcepta beantia doctos.

Et pecudum miseri viuere more parant.

¶ Quidam omissis delectationibus interioribus ad delectationes refugiant corporales: que retrahunt a summo bono. tho. super boe.

¶ Exteriora iudis petit impudentia: contra.

Gaudia prudentes interiora petunt.

¶ Dolere debent qui delectationibus sensualibus detinentur interiora omittentes dediti enim sensualibus summum bonum non attingunt. ait boetius lib. de summo bono.

¶ Turba voluptati seruis inara relicto

Summo: deberes inde dolere: bono.

¶ Virtus est hominis: voluptas pecudis inquit phis.

¶ Virtus est hominis: pecudis dannosa voluptas.

Illa tenenda bonis hec fugienda vris.

¶ Abiectis voluptatibus tradit te optimis disciplinis quibus homines illustrari solent: et ceteris excellentiores haberi. ait. diogenes.

¶ S: discipline tradat qui magnus habet.

Clarus et excellentis inquit: quisq; cupit.

Sancte discipline et morū institutiones a philosophis
summo studio capiebantur ol. m. quibus vsq; a deo clarue
runt: vt diuini potius quam humani crederentur. idem.

Te quasi diuinum facit ipsa scientia. arbene

Iteco studijs hanc didicere bonis.

Sapientia suos possessores doctos illustres reuerēdos
nobiles gloriofos et quasi celestes facit. tho. super boetium

Illustres homines sapientes ac reuerēdos.

Et quasi celestes philosophia facit.

Sapientia facit hominem angelicum: ignorantia bestia
lem. ait boetius.

Efficiat angelicos homines sapientia doctos.

Est similis fatuus in scia turba feris.

Homo ignarus sine litterarum studijs sine doctrine et
sapientie lumine est q̄si cecus velf vt ait seneca [quasi pec?

Vir rudis ignarus quasi cecus habetur vbiq;.

Immo indoctus debens est quasi vile pecus.

Litterarum studia te clarum nobilem venerabilem
et amabilem efficient. naz sine scientia obscurus ignobilis.
rudis. debilis. et infirmus est animus. seneca. eplā. xxi.

Te studia efficient reuerendum vel generosum.

Dignum excellentem docti loquimq; virum.

Amenus igitur disciplinā omni auro pretiosiorē. omni
nectare suauiorē. omni serico molliorem. omni astro spleu
didiorē. ait seneca.

Auro nobilior sit nectare dulcior omni.

Mollior et lanis. sidere splendidior.

Pars virtutis est disciplina. si quidem a vitijs retrahit
ad virtutem trahit et hominem ad summam perfectionem
ducit. seneca.

A vitijs retrahit: virtutibus applicat alme.

Ad quoz perfectum prouehit illa gradum.

Dociles natura nos fecit et rationes dedit imperfectā
sed que dicendo perfici possit. ait seneca epistola prima.

Dar docile ingenium cunctis naturis quod arte.

Docetina et studio vt perficiatur eget.

Quas litteras discere debet pueri que mores et virtutes docent et ad statum perfectionis ducunt. ait diogenes.

Quambar studio tali puer ingeniosus. Quo perfectorum vivere more queat.

Qui odit disciplinam infelix est et qui euitat discere incidet in malum. prouer. xvij.

Qui disciplinam rudis aspernatur et odit. In miserum infelix decider ille malum.

Honestatis et probitatis fontem radicemque esse constat a teneris legitimam consequi disciplinam. ait phus.

Flumen honestatis simul et probitatis ab illo. fonte fluit liquidis atque redundat aquis.

Mascentes spine ab agro vellende sunt. eadem seruanda est regula in hominibus. ait diogenes.

Mascentes spinas et fentes vellimus agris. In pueris sinimus crescere nequitiam.

Quasi terra fructifera est iuuentus que si negligetur et non ereditur: multas producit spinas. ait cri.

Est quasi terra ferax etas puerilis optimos. Si colitur fructus namque ea ferre valet.

Qui quisque suum filium vult esse ita est. qui enim sub bona ac laudabili institutione nutriuntur boni sunt: qui vero sub mala mali. ait seneca.

Qualem quisque suum sibi possit et optat habere. Talem cum punit siue remittit habet.

De institutione filiorum.



Quod si filius et refrigerabit te et dabit delicias anime tue prouer. xxii.

Erudias natoe solatia namque periti. magna dabunt anime deliciasque tue.

Filius sapiens et disciplinatus letificat patrem: stultus et indisciplinatus mestitia est matri sue. prouer. x.

Letificat patrem docti prudentia nati: Contristat matrem filius insipiens.

Filius stultus et indisciplinatus confusio patris est: et dolor matris que genuit eum. eccl's. xxxij.

Filius insipiens confusio multa parentis.

Et genericiis erit mestitia atq; dolor.

Sifilij tibi sunt: erudi illos: omni doctrine et discipline tradēs. et curua illos a puericia: ne postea indurent et non credant tibi eccl's. vij

Erudiens natos teneris curuabis ab annis.

Ne mox dura negent subdere colla tibi.

Peto a te vt paruulos quos nutris: per doctrinam et disciplinam: in moribus et virtute instruas. ait greg.

Disciplinam tuis datur sanctissima natis

Que virtutis eos applicet officijs.

Vos patres educate filios et instruite illos: in omni correctione et disciplina dei. ad ephe. vij.

Corripe filios sanctissima queq; docendo.

Corripiensq; vias coge subire dei.

Non est parui apud deum meriti bene filios educaret ad virtutem dirigere. ait hiero.

Grande tenet meritum: natos qui nutrit beneficiis.

Moribus: et rectam cogit adire viam.

Noli subtrahere a puero disciplinam. prover. x.

Disciplinam tuis fert plurima commoda natis.

Sedulus ergo pater instituantur ea.

Non diligitur filius qui non disciplinatur. c. non putes: 7
xxij. q. v.

Non amat hunc genitor: cui disciplina petenti.

Subtrahitur: vitijs subiacet inde malis.

Qui diligit filium: assiduat illi flagella quoniam vt equus indomitus euadit durus: sic filius remissus: eccl's. xxx 7

Derberet assidue natum qui diligit. vt ne

In domito durus mox similetur equo.

Virga atq; correctio tribuit sapientiam puer autem qui dimittitur voluntati sue confundit matrem suam. prover. xxx 9

Virga dabit mores preceptaq; multa docendis.

Confundit matrem quisquis abhorret ea.

Stultitia colligata est in corde pueri sed flagellum et vir

Liber primus.

ga discipline fugabit eam. ait seneca.

Corda pusillorum dementia lubrica versat.

Sed discipline virga fugabit eam.

3 vide

C Iuventus si p[er] disciplinā excolatur est velut terra fertilis
et frugifera: que si negligatur: multas producit spinas. cri.

C Senes et tribulos gignit neglecta iuventus.

Culta solo fructus uberior dabit.

vide

C Adittamus ergo discipline ignē et inculte iuuentis
comburamus spinas: vt terra nostra vberam segetem et fer-
tilē producat messem. idem.

C Mittamus validum tribulis et sentibus ignem.

Et frugem dumis libera terra ferat.

C In disciplinata iuuentus infructuosam et inutilē pa-
rit senectutem. ait seneca.

C Nempe senectutem in disciplinata iuuentus.

Turpem, illandatam: lucificamq[ue] partem.

Jam

C Sicut fructus non reperitur in arbore in qua flos prius
non apparuit: sic in senectute honorem legitimum consecui
nō poterit: qui in puericia v[el] adoleſcentia discipline exer-
citatione non laborauit. cypria.

C Legitimos senior nemo contingit honores.

Si se doctrine non dedit ille puer.

3 vide

C Dicebat aristoteles parētes qui liberos erudiēdos curas
sent: longe esse honorabiliores his: qui solū genuissent. hos
enim viuendi tantū: illos et bene viuēdi fuisse. auctores.

C Confiteamur ei multum debere parenti.

Qui nos de criminis tradidit egregijs.

vide

C Non tantū debemus parentibus qui nobis viuēdi tan-
tum. quantū his qui etiam bene beateq[ue] viuēdi auctores
erit erunt. ait seneca.

C Te debere tuo multum fateare parenti.

Recte viuēdi qui tibi causa fuit.

C Parentibus ad comparādā filijs modestiā. probitatem.
honestatē. et omnem virtutē danda est opa. ait aristoteles.

C Progeniem genitor studeat virtutibus aluis

Tradere flagitijs subtrahat ille malis

Parentibus imputandum est si filij minus probi fuerint. quos nimia indulgentia et scelerum impunitate corrumpi sinunt. ait diogenes.

ii

Comodam nulla tuis parit indulgentiam natis
Edoceas ergo: et corripe semper eos.

Utinam liberorum nostrorum mores non ipsi perderemus. quippe infantiam statim deliciis soluit et nervos omnes mentis et corporis frangit mollis illa educatio quam nos indulgentiam vocamus. fabius.

S

Quod tua precipites pater indulgentia natos
Namque ferire negans verberare perdis eos

Lacta filium et paventem te faciet: lude cum eo et contristabit te. eccles. xxx.

Filius efficiet pavidum formidine patrem:
Si mulcens dulci necare lacrat eum.

Non corrides illi: ne condoleas: et in frivissimo obstupescant dentes tui. eccles. ibidem.

Nil faucas natis. asperrimus imbue mores
Corripe doctor eos: et bene subde tibi

Non des illi potestatem in iuventute. sed curva illum a puericia. et tunde latera eius dum infans est: ne forte induret: et non credat tibi. ibidem.

Ex am

In teneris annis pueros vomitare memento.
Dox tibi ne duri subdere colla negent.

Si filie tibi sunt serva corpus illarum doceas et corripies eas et ad omnem probitatem honestatem et virtutem dirigens et non ostendas illarem faciem tuam ad illas. eccles. vij.

Corpora natarum servans virtutis amorem
Et sanctos mores egregiosque doce.

Nil aliud discat audire vel loqui: nisi quod pertinet ad amorem et timorem dei. turpia non videant: nec audiant: nec intelligant. cantica munda ignorent. cunctis lascivia sit procul: et a secularibus convivijs arceantur. hiero.

Ex 17

Eoge tuas natas ediscere sanctas et honestas.
Turpenibilibus videant: nec obdicerent velint

40
y on

Cave ne extra domū in honeste vagetur. ne egrediantur
cū diana. ne ludant vel cantet vel choreis intersint: ad tam
plum grandisculę pergant cū parentibus: nec inter tur-
bas inueniantur. hiero.

*Filia nec ludat choreis nec saliet: amores
Diceret ad lucos ire diana tuos.*

In filia non aduertente se firma custodiam: ne inuenta
occasione abutatur se. eccl's. xxv.

*Filia que labi facili pede posse videtur:
Seruetur tntis haud vitanda locis.*

Si diligenter caues ne filia tua mordeatur a vipera: cur
non eadem cura prouides: ne peccati alicuius vel infamie
dente feriat. ait hiero.

*Morderet infigit magnos infamia morsus.
Viperco grauius dente vel ore nocens.*

Dens infamie grauius lecit quā vipere. vipera enim
nocet corpori: infamia vero anime. sed profecto vultus ani-
me multo grauius est quam corporis. cri.

*Corporis vultus agit graue vipera dente veneni.
Ait grauiora scelus vultus mente facit.*

Et pater melius et honestius valeat filios et seruos dis-
ciplinare: oportet quod ipse sit disciplinatus. et claris vir-
tutibus et moribus ornatus. ait diogenes.

*Filiolos pater instituet sapienter et apte
Si facit in primis que facienda monet.*

Ante omnia opus est vt patres non solum nil peccando
verum etiam honesta singula peragendo manifestum se vir-
tutis exemplū filijs exhibeant. vt eorum vitā quasi quod-
dam speculum intuentes ab operum simul et sermonum tur-
pitudine se penitus auertant. plutarcus.

*Se pater exhibeat pueris exemplar honeste
Dite ragat solers que peragenda monet.*

Si quis delinquentes obiurgat filios: et is in eosdem
illabitur errores: hic ignorare videtur sub illorum nomine sua

se inculcare crimina. idem.

Qui de linquentium factis castigat: et illud
perpetrat: inculcat tunc scelus ipse suum.

Qui vitam improbe degunt: hi nullam in liberos aut ser-
uos increpandi licentiam habent. ait plutarchus.

Non licet ut vitium culper vitiosus iniquum:
Ne gladio imprudens se necet ille suo.

Difficile est ex malis parentibus in liberos non perue-
tura et auctum iri flagitia. quando ad mala quam ad bona
propetisiores sumus imitanda. ait fabius.

Est facile in rueros descendere sed a parentum.
Mor augenda malo crimina flagitio.

Nunc malis exemplis: nunc malis preceptis: nunc nimia
indulgentia filios corrumpi sinunt. ait dicogenes.

Turpibus exemplis. preceptis. consilijsq;
Corrumpi seruos filiolosq; sinunt.

Baudent quum quid licetius dicunt. et verba nec leno-
nibus permittenda risu et obscuro excipiunt. fabius.

Dicere cum pueri quid turpe licentius audent.
Ridet et amplectens oscula dat genitor.

Et ita ergo nos docemus. in nobis vident. ex nobis acci-
piunt. et discunt ea miseri ante quam sciant vitia esse. tum ex
his fit consuetudo mor deinde natura. idem.

Quod scelus admittunt pueri: docere parentes.
Et prius hoc discant quam scelus esse sciant.

Ita accipiunt ex scholis mala ista: sed in scholas afferunt
ait quintilianus.

Non in gymnasijs nobis didicere magistris.
Turpia. quin potius ede tulere patrum.

Qui diliquentes non obiurgat filios tum eis larat habe-
nas: ut in multiplices errores illabantur. ait phis.

Quum pater errantes minime castigat habenas
Larat vitia vitios flagitijsq; vacent.

Qui parcit virge odit filium suum meliora enim sunt ver-
bera diligentis quam oscula odientis. proucr. xij.

Odit filios qui non bene corripit illos.
Qui castigat eos et bene punit amat.

Exemplum

Si virga percusseris eū non morietur. et tu virga percu-
tiens eū et animam eius de inferno liberabis. *ibidem.*

Nullum virga necat quum percutit. *Immo flagellans.*
Erinibus pueros amouet et virijs.

Disciplinę bonę vt mali se inclinēt per flagella sunt
corripiendi. *c. displiceat. xliij. q. iij.*

De discipline malus inclinatur: *amaris.*
Verberibus sane corripiendus erit.

Ad vñūquęq; attinere videtur filios. seruce. sodales. et
amicos a vitijs auertere ⁊ ad virtutē dirigere *phūs. x. cthi.*

Qui libet heredes virtutibus imbuar almis.
flagitijs remouens criminibusq; malis.

Helemosinam facit qui per disciplinam de tortos et de
prauatos mores corrigit. *c. qui emendat. xlv. di.*

Qui castigat agit munus pietatis opusq;
Seruitium prestans obsequiumq; deo.

Bonitas vincit maliciam. scientia illuminat cecitatem.
disciplina voluptatem et vitia castigat. *aug. lib. ser.*

Sancta voluptates vitium crimenq; repellit.
Disciplina. caput subijciamus ei.

Disciplina non ideo increpat: vt ledat: nec ideo casti-
gat: vt noceat: mores hominū irata corrigit: et inflamata
custodit. *idem.*

Increpat et nullum se vnquam lesisse fatetur.
Hec cum castigat deterioranocet.

Air pudēs et disciplinatus nō murmurabit correctus:
infcus autem ⁊ in disciplinatus nō honorabitur. *eccl's. x.*

Castigata nihil prudencia murrurat. at qui
Hic indoctus homo dignus honore fuit.

Omnis cura parentū deberet potius esse circa corre-
ctionem et eruditionē filiorū quam circa augendas: quas
heredibus relinquunt: *opes. phūs.*

Omnis auarorum in nummis est cura parentum.
heredes curant instituisse parum.

Quersum ruitis homines qui omne in cōparandis di-
uitijs studiū ponitis: filiorum vero quibus eas relinquitis

476
9
Liber primus.

Negligentem curam suscipitis. solon.

Tradere sancta tuis pueris precepta recusas
et studium in nris ponis auere tuum.

Quam hereditatem possunt patres meliorem relinqre
filijs quam doctrinam et disciplinam: ait plato.

Que bona morte patrum naris meliora relinqui
possunt. quam bonum philosophia tum.

Letera huius mundi bona fluxa transitoria. pereuntia
caduca. atq; incerta sunt. doctrina fixa. certa. stabilis. et fir
ma possessio est. ait menander.

Quod certum. firmum. stabile. immortale q; cernis
elige: curta bona et de fluxa despiciens.

Eruditio et doctrina mortalibus possessio est firma fixa
inseparabilis et immortalis. ait anaxagoras.

Hec immota manet possessio diuitiarum.
optima: doctorum non moriuntur opes.

Curent ergo patres eam relinquere filijs hereditatem
que sit perpetua. et qua nemo possit priuare eos. pythagoras

Talia filiis patrimonij morte relinquo:
qualia ne quisquam demere possit eis.

Brauium virtutis est bona institutio per doctrinam et
disciplinam. phis.

Si pater instituat. pueros bene: conferet illis
premia virtutis perpetuumq; decus.

Educatio & disciplina mores facit & illud sapit vnusquisq; 23
quod per doctrinam et disciplinam dicit. seneca lib. de ira.

De doctrina.

Doctrina vel a doceo vel a doctore deriuatur
et modo pro actu ipso docendi modo pro disci
plina sumitur. ait marcelus.

Doctrinam a doceo ductam reor esse. quibusdam
a doctore rudis erudiente palcer.

b

Liber primus.

Doctrinam et litteras discere oportet et doctam mentem ac disciplinam habere. ait diogenes.

Discere oportet eam doctrinam que sapientes preclarosq; viros alti sonosq; facit.

Sapientia facit homines prouidentes. sapientes. disertos. prouidos. perspicaces. honestos. laudatiles. venerabiles et amabiles. ait phis.

Preclaros homines prudentes atq; disertos. summos ac doctos egregiosq; facit.

Sapientia res celestis et mirabilis est. que clarificat animas et facit delectari eam in hoc seculo in perfectione et retitudine. ait phis.

Res diuina. docens. mirabilis ac sapientum. pectora delectat clarificatq; animas.

Doctrinam inuis perfectos ad statum perfectionis ducit. ait tho. super boetium.

Disciplinam inuis perfectos ducit ad ipsum perfectum duci quo cupiere gradum.

Homo sine doctrina imperfectus est et mortuis assimilatur. idem dicit phis. vita hominum sine doctrina est quasi mortis imago

Mens sine doctrina gelida quasi mortis imago est. et quasi defunctus qui rudis est et hebes.

Interrogatus aristoteles quo docti differant ab indoctis: quo viuentes inquit a mortuis. dioge.

Stultus et indoctus morientibus assimilatur. viuis assimilatur philosophia suos.

Occium sine litteris mors est et viui hominis sepultura ait seneca epistola lxxvij.

Occia quisquis. agit studio nec seruit honesto: viuens in misere mergitur ore necis.

Sapientia filiis suis vitam inspirat: et suscipit inquirentes se qui diligunt illam: diligit vitam: et peribet in via iusticie. sap. i

Sancta suis vitam sapientia prebet a iunio. sponte et amatores suscipit illa suos.

Sapientia illuminat cecos et dirigit iustos et docet nos streper vias rectas est ostendit nobis regnum dei. sap. x.

Dat lumen cecis. iustos ea dirigit. altos erupere polos nos docet ethereos.

Uie eius pulchre et semite eius pacifice: qui tenuerit illa vitam hereditabit et benedictionem ab altissimo. eccl's. iiii.

Perpetuam ad vitam ducit sapientia rectis atq; expeditis perspicuisq; vijs.

Studium sapientie inducit mentis illustrationem: vere felicitatis appetitum: mollis affluentie contemptum. ait aug.

Asentibus infundit iubar omne perenne requirens. mobile seu fluxum non petit illa bonum.

Scientia sola est per quam mens a tenebris et ignorantie cecitate deicit cordis oculos veri preuia luminis diliciosa animi paradisi. ait seneca

Effugatur obscuras sapientia clara tenebras: lumen et infundit mentibus illa suum.

Sapientia illuminat: ignorantia cecat. sapiens in luce: *per* stultus in tenebris ambulat. ait phis.

Soluitur insipiens caligine cecus amara. splendida sed mentis lumina doctus habet.

Adulter vident et cognoscunt qui doctrinam et litteras didicerunt. ait diogenes.

Qui didicere vident oculis quecunq; ferens. gens ignara carens lumine ceca manet.

Litterarum experis non inspicit aspiciens. ait socrates apud platonem.

Nil videt inspicens oculis indoctus apertis: perspicuo doctus lumine cuncta videt.

Sapientia trahit hominem ab obscuritate ignorantie ad lumen perspicue veritatis. ait tho. super boetium.

Lumina doctorum caligine priuat amara. doctrina et verum cernere cogit eos.

Scientia est per quam nobilis thesaurus secretis penetralibus nascitur. per quam effectus eterne delectationis acquiritur. hec est sol per quem mens clarescit in tenebris. cordis oculus amena et voluptuosa animi paradisi. sene.

Splendet in obscuris lampas phebica tenebris. mens sic splendenti lumine docta micat

Sapientia preclara quidem res est. et non mediocri lau

de digna cuius dignitatem et excellentiam vix omnes hominum lingue explicare queunt. ait solon.

Cives preclara nimis multa dignissima laude,
quam laudare queunt labia nulla fatio.

Sapientia est virtutum omnium nutritrix vitiorum expultrix regulatrix vite et moderatrix omnium rerum. p quam homo habet suam ipsius perfectam cognitionem. ait phisus.

Nutrix virtutum moderatrix splendida rerum
criminis expultrix philophia mali.

Hec dedit leges quibus homines sancte iuste pieque viverent. hec depravatos mores correxit et nos ab omni barbarie abduxit. ait seneca.

Barbariem repulit mores exclusit iniquos
et saucas leges frugiferasque tulit.

Quam magnos fructus affert sapientia hominibus. hec immortalis et mortali facit et caducum hominem in divinum et eternum traducit. seneca.

Clara salutis artem prebet sapientia fructum.
Docitilo quos homines perpetuosque facit.

Eruditio et doctrina mortalibus optima et pulcherrima est possessio argento et auro pretiosior. ait menander.

Doctrina est homini possessio maxima vincens.
argentum atque aurum chrysolitoseque simul.

Posside sapientiam quia auro melior est. omne aurum in hac comparatione illius arena est exigua: et tanquam lutum extimabitur argentum. prover. xv. j.

Quere quod argentum gemmas excellit et aurum.
et quod fortune muneravit opes.

Doctrinam magis quam aurum eligit. pretiosior est enim sapientia cunctis opibus et thesauris pretiosissimis et omne desiderabile ei non valet comparari. prover. viij.

Est optanda tibi sapientia nobilis aurum.
que superat fluxis anteferenda bonis.

Sapientia ditat diligentes se: et thesauros eorum replet melior est fructus eius auro et argento et omni lapide

11

pretioso. prouer. viij.

Et tanta facultates doctrinis propinat opinas.

Et parum fructus vberiore parit

Scientia est nobilissimus thesaurus hominum qui nec violentia auferitur: nec vetustate consumitur: nec largitione minuitur: nec terrore fugatur. dioge.

Et hunc tibi thesaurum rapier vis nulla: ventus

Aliquam consumit: nec metus vllus agit.

Scientia est supra corporis et animi dotes possessio generosa. que sparsa colligitur: erogata reuertitur: et maius publicata suscipit incrementum. non potest violentia auferri. non timet furtum nec rapinam. incendia non phoretiscit. seneca.

Et hec generosa viris doctis possessio et omnes

Excellit dotes corporis atq; animi.

Egregius thesaurus et nobile donum dei est scientia que non finit. hominem in paupertate viuere: nec in anxietate mori. ait seneca.

Et nullos illa mori finit anxietate peritos:

Nec permittit eos viuere pauperie.

Hec hortatur nos vt libeter deo placeamus: vt ipsum sequamur: vt fortunę resistamus: aduersa toleranter feramus. seneca.

Et hec monet vt christo placeas: aduersa valenti

Corde feras: sortis nil v creare male.

Soli virtuti seruit sapientia: et omnis fortunę dominatur: nec aliqua rerum perturbatione mouetur. ait pythagoras.

Et soli virtuti sapientia seruit et omnes.

Fortunę casus sub pede celsa terit.

Sapiens rationis clipeo: cordis robore: animi magnitudine fortunę ictibus constantet et fortiter resistit. ait phis.

Et ictibus aduersę sapiens opponitur acer.

Fortunę et magno robore vincit eam.

Fortuna hominis sapientem nec addere nec detrabere quicquam valet. ille enim quocumq; pergat sua omnia secum fert: et totus mundus ei possessio est. quoniam toto eo quisuis utitur. seneca.

Et nil fortuna valet sapientibus addere: nilq;

Demere. fortunę haud eguere bono.

¶ In sapiente nihil alienum est nisi quod virtuti fuerit contrarium. ait phis.

¶ Que sunt virtuti contraria despiciuntur doctis. quum pariter sint aliena sibi.

¶ Sapientia magistra morum: nutrit virtutum: summum lapso-
rum solamen animorum. cuius exhortatio recta est: et sui
auctoritate dignissima. phis.

¶ Nutrit virtutum: morum doctrina magistra.
solatur lapsum rite leuans animum.

¶ Sapientia a superstitione liberat: ad veram religionem
trahit. a periculis eripit: metum mortis non perturbat. ait tullius.

¶ Nos trahit ad veram sapientia religionem.
mortis et horrende liberat illa metu.

¶ Sapientia perteritos presentes et futuros fortune ca-
sus facit facile tolerari. miseras nempe omnes: paupertates:
inopias: calamitates: denique quicquid aduersi hominibus
euenire potest sola hec facit constanter et pacie'ter ferre. zeno.

¶ Omnia fortune perferre incomoda doctos
pectore constanti vel paciente docet.

¶ Nonne is qui sapientie preceptis munitus est omnia ad-
uersus fortune tela ac intolerabiles labores et dolores sus-
tinet. ipsam etiam mortem et si quid videtur aut grauius
aut tetrius continet: et proorsus nihil ipendit. socrates.

¶ Omnia tela male fortune et mille labores.
denique ferre necem vir didicit sapiens.

¶ Melior est sapientia quam vires et vir prudens quam
fortis et melior est sapientia quam arma bellica. sap. vi. eccl. i.

¶ Viribus vtilior fertur sapientia bello.
nam sapiens bellum ducit sapienter inire.

¶ Ubi est sapientia ibi virtus animi ibi constantia et for-
titudine reperitur. ait boetius.

¶ Multa vltis doctis animi prudentia virtus:
qui fuerit sapiens hic quoque fortis erit.

¶ Sapiens non metu frangitur nec potestate mutatur. non
attollitur prosperis nec mergitur aduersis. demetrius.

¶ Nec timor urget cum: nec magna potencia mutat.
prospera non tollunt aspera nulla premunt.

¶ Sapientia facit ut homo minimis sit contentus rebus:

et ut onthematimi molliciam enmesq; istanes cupiditates
refecet: et ad sublimes traducatur cogitationes. seneca.

Appetit eternum paucis contenta, caduco
berere indignum dicit et ila bono.

Sapientia magistra omnium virtutū de superno cardi-
ne elapsa est tulitq; celestia dona hominibus. ait boetius.

Venit ab excelso doctrina scientia celo
virtutes: secum et grādia dona tulit.

Omnis perfecta sapientia a domino deo est. deus eniz
est qui diuitias sue sapientie animabus hominuz influit.
vt scribitur in prologo de regimine principum.

Omnis abare poli perfecta scientia venit.
et deus influit mentibus auctor eam.

Si quis vestrum indiget sapientia: postulet a deo: qui
dat omnibus affluenter iacobi primo.

Quam deus infundat doctrinam poscat ab illo
ergo salutifero dogmate: quis quis eget.

In animam malivolam non intrabit sapientia: nec ha-
bitabit in corpore subdito peccatis. sap. j.

Disciplinā dei pectus non intrat iniquū.
rektorū penetrat quin pia corba docens.

Quāni sunt omnes homines in quibus non est sapientia
di. idō dicit. puer. xix. vbi nō est sapiētia animi nō est bonū

Pectore quo felix animi sapientia nūquam
federit egregium quis putat esse bonum.

Sapientia et eruditione nihil melius nec mortalibus
vtilius. tullius.

Munere doctrine mortalibus inuenietur
nil melius maius clarius vtilius.

Quid autem non dico in homine tantum sed in omni
re sub celo vtilius sapientia? seneca.

Doctrine dono poteris reperire sub axe
et herco maius nobiliusq; nihil.

Quid melius sapientia nisi deus? Ait aristoteles libro
de bona fortuna.

Omnē bonum mundi vincit sapientia: soli
sterno cedit: cuius aliūna: deo.

¶ Non est sapientia possessio pretiosior: et pretium eius pauci dignoscere possunt. ait menander.

¶ Non est doctrine dono possessio maior.

Illius at pauci nosse valent pretium.

¶ Doctrina et eruditio est firmum et optimum vite substantiaculum. ait zeno.

¶ Hec hominum vitam sustentat fulcit et ornat.

Hanc puer a discat iunior: atq; senex.

¶ Scito doctrinam et disciplinam nec ignores eam. turpe est enim te ignorare: quod omnibus scire conuenit. phis.

¶ Percipe doctrinam quam cuncti scire tenentur.

Turpiter ignoras que bene scire uales.

¶ Quum scientia res nimis pretiosa sit et conductibilis omnibus: omni studio queramus eam: nullum in eius acquisitione laborem recusantes. ait seneca.

¶ Omni doctrinam decet indagare labore.

Laturam docetis splendida dona uiris.

¶ Sapientia clara et florens est et nunquam marcescit: et facile adheret his qui diligunt eam: et inuenitur ab his qui querunt illam. sap. vi.

¶ Querenti facile occurrit doctrina. fugitq;

Inspidum pectus desidiosetum.

¶ Sapientia facile occurrit eis: qui concupiscunt illam. et qui mane vigilauerint: non multum laborabunt. assidentem enim illam foribus suis inuenient ibidem.

¶ Huic facile occurrit qui querit et impiger illam.

Aggreditur possit qua reperire uiam.

¶ Sapientia que uite hominum dux et gubernatrix est vigilantibus facile inuenitur. dormientibus autem nusquam apparet. ait hyocrates.

¶ Doctrine faciles laborantibus inueniuntur

At reperire nequit desidiosus eas.

¶ Omnes homines naturaliter scire desiderant sed non omnes sapientie vacant. ait phis.

¶ Scire uolunt omnes: non omnes scire laborant.

Nosse dedit docetis que cupire labor.

De preceptore eligendo.

Initiū recedendi a deo est fastidiū doctrine. Ideo fastidiū labore pellamus et doctorū academias ingrediamur. hic.

Destitiose procul fastidia pelle sciendi.

Doctorumq; libens ingrediare domum.

Cum preceptorem elige quem scieris amatorem esse sciētie et cultorem virtutis. ait dionisius.

Qui doctrinarum tenet ornamenta bonarum.

Elige: virtutes et quoq; quisquis amat.

De preceptore eligendo.



Magister mature etatis: vite probe: multe doctrine et eruditionis eligendus est. ait hiero. epistola. lxxxix.

Elige doctorem venerandum moribus atq; doctrine studijs canicieq; senem.

Si videris senem doctum et sensatum accede ad illum et gradus hostiorum ei⁹

exterat pes tuus. eccl's. vi.

Docti ei sensati doctoris limina sepe,

Pes tuus: ingrediens egrediēsq; terat.

Inter doctores optimos et virtutis cultores et sapientie amatores versandum est. ait seneca.

Inter amatores sophie versare peritos.

Qui te doctrine tramite rite vebant.

Elige preceptorem qui bene doctos sit et virtutibus ornatus. a quo tum doctrinā tū virtutis exēpla capias: vale.

Elige qui docte doceant documenta magistrōs.

Et qui virtutis limite quēq; ferant.

Cū his v'sare q̄ te meliorē facturi sunt ac doctiorē. multum enim refert doctū an indoctū habeas p̄ceptorē p̄bū vel improbum sensatum vel insensatum. solon.

Cum doctis versare quibus docere magistris.

Et quibus oneris moribus egregijs.

A malis doctrinam capiatis non mores: a bonis vero vtrumq;. ait renophon.

A doctore malo doctrinam suscipe tantum.

A doctore bono leuis vtrumq; cape.

Elige doctorem cuius virtute proficias et cuius doctrina docearis. ait fabius.

Elige preclarum bene quo docere magistrum qui virtutis iter quenq; docere queat.

Quere professorem qui te doctrina et optimis moribus informet. qui bene docere et bene vivere noz. et ante vitam quam doctrina querenda est. doctrina enim sine vita parum prodest. plato.

Nil doctrina valet sine moribus: erudientibus ginasij igitur discat utriq; puer.

Eligamus eos qui cum doctrina optimam viuendi normam docent. qui cum dixerint: quid agendum sit faciendo probant. et qui in doceant quid vitandum sit: nec unquam in eo quod fugiendum dixerint: deprehendantur. ait seneca.

Elige doctorem doceat qui viuere recte qui quoq; perfecte viuat ut ille docet.

Quere doctorem cuius doctrina laudem et cuius vita admirationem facile inueniat. ait herodotus.

Cuius vita decens cuiusq; peritia laudem multiplicem reperit querere quenq; decet.

Ut doctrina excellēs: fide grauis: diuinarū hūanarūq; rerū interpres q̄rat si vsquā inueniri potest. ait de obol.

Rerum humanarum diuinarūq; magister queratur doctis doctior: alta docens.

Si inueneris hominem: qui sit omnium rerum magnarūq; artium scientiam consecutus: illi fixus adhere. ait dio.

Si reperitur homo doctissimus: hereat illi qui non indoctus nec rudis esse cupit.

Elige doctorem qui ceteros doctrinis omnibus et summa ingenij bonitate memorieq; facilitate p̄cellat. ait plini.

Quere professorem qui doctior ingeniosus excellat cunctos vtiliora docens.

Ut excellētis ingenij atq; doctrine nobis querendus est. ait hugo.

Ingenio excellēs doctrina clarus et arte qui sit docturus magna petendus erit.

De preceptore eligendo.

186
14

Queratur doctor: qui sit liberalibus artibus plene eruditus. ait iustinus.

Comnibus edocum quem videris artibus esse quere professorem qui bene queq; docet.

Quere qui te doceat grauissimum sanctissimumq; virum omnium scientiarum peritissimum. ait seneca.

Sit grauis et sanctus: quem qualibet arte peritissimum noueris: oportundus quo docearis: erit.

Eos nobis doctores adhibeamus: qui non minus litteris quam morum sanctitate præfulgēt. ait diogenes.

Sumere fulgentes morum probitate magistros. et qui doctrinam sub breuitate docent.

Eum tibi adhibe magistrum qui breui oratione multa complectatur. quiq; eleganti vratur breuitate: vt per id quod dicitur quod non dicit: intelligatur. zeno.

Qui sermone breui complectitur omnia: et omnes deserit ambages: hic adhibendus erit.

Queratur doctor: qui vtilia doceat inuilia prætermittat. quiq; lectionis voluptate et faceciarum iucunditate auditorum expleat animos. solon.

Stile proponat quod inutile cernit omittat. deleatq; legens doctor: vbiq; tuus.

Sit tuus doctor: sapiens: facetus. elegans. impiger. laboris paciens. vitiorum expres. virtutis amator. ait pythagoras.

Qui docet existat sapiens facundus ab horrens criminibus patiens omne laboris onus.

Circumspiciendus qualis doctor sit et eius scholæ seueritas circumspicienda. pudor in primis et castitas constet. ait seneca.

Inspectas quali sit preceptor: et docendus. sancta pudicitia et sit pudor omnis ei.

Tradendus est puer optimo cuiq; preceptor: a quo morum precepta et sapientiæ documenta capeffat. ait socrates.

Trade professori puerum precepta docenti optimo: qui recta sibi indicat ire vias.

Doctor: qui miræ scientia emicat: et magna virtute refulget:

187
Liber primus.

digatur: si reperiri potest. ait. seneca.

Quere resurgentes omni virtute magistros.
Omnem doctrinam quicquid docere queant.

Seuerum et grauem te oportet querere doctorem: qui sit non eloquentie solum sed omnis scientie sapientieque thesaurus. ait zeno.

Omnis doctrine qui sit thesaurus optimus.
Queratur doctor: cuncta docere potens.

Dionisius in gramatica sibi donatum elegit. in rhetorica victorinum. in theologia gregorium nazanzenum. simili est sibi theophrastus elegit aristotelem. Aristoteles platonem: plato socratem. regina austri sapientissimum salamonem. xpi.

Elegit claros gens erudienda magistros
Piscas: quibus didicit que didicisse docet.

Doctrina naturaliter procedit de homine ad hominem hoc est de doctore ad discipulum. sine doctore enim nulli contingit sapere. proinde nemo se ipsum doceat: sed doctum a quo doceatur querat preceptorem. plato.

Eligito doctum bene quo docere magistrum.
Doctor enim nemo sufficit esse sui.

Habet nescio quid intentis energie viua vox: et in aure discipulorum de doctoris ore transmissa fortius sonat: et profundius penetrat. ait hiero.

Dius magistrorum vox altius imprimit inis.
Pectoribus iuuenum que cupiere locans.

Festino igitur gradu pergamus ad magistros et frequenter eorum limina teramus: et ab eis diligenter que nescimus discamus. ait thales milesius.

Elimina doctorum veneranda teramus: et omne
Quod nos scire docet percipiamus eis.

Edoceri satage et audi libenter disciplinam. auditus enim teste philosopho magnam partem confert. ad intellectum et prudentiam.

Audi cuncta libens etenim doctrina per aures
Intrat: et in iuuenum pectore fixa manet.

Licet enim in libris multa intelligas: tamen viua illa
[ut dicitur] vox alit plenius. precipue eius preceptoris que
discipuli verentur et amant. ait hiero.

Divina magistrorum quotiens vox intonat aure
cor penetrat inuicem comodiusq; docet.

Nemo se ipm doceat. nulla enim ars pfecte absq; magis-
tro discit. et multo magis viua vox penetrat. licet enim acriora
sint que legas: altius tamen in animo sedent: que pronun-
tatio docentis magistri affigit. idem.

Absq; magistrorum doctrina et dogmate paucis
contigit agnoscant optima queq; viris.

Nemo solus satis sapit. ideo et discas oportet. et que
didicisti: agendo confirmes. ait seneca.

Nemo sapit solus. doctores ergo peritos
quere: quibus sapias et sapienter agas.

Qui erudiri cupiunt absq; mora ad magistros eat. non
idiferenter ad ones. sed ad eos q; doctores sunt et melius
docent. ait valerius.

Erudiende graves et doctos quere magistros
qui pueros melius comodiusq; docent.

Anteat qua litteraru aulas ingrediamur oportet nos
eligendo preceptore diu multuq; cogitare. ait pythagoras.

Turba docenda bonum studeat reperire magistrum.
qui grauis et doctus rite docere queat.

Eos doctores eligamus qui nem propriam sed disci-
pulorum querant vtilitatem: et qui eos loco filiorum ha-
beant atq; vtiliter omnia doceant. seneca.

Quere professorem: qui comoda discipulorum
querat amans chari more parentis eos.

Preceptore indoctum, negligentem, desidiosum, imprudentem,
furiosum, iracundum, crudelē tanquam pestem fuge. idem.

Neglige doctores indoctos desidiosos
et quorum rabies corda furore tument.

Reprehendendi sunt preceptores iracundi qui toruo vultu
tremantibus labijs rugata fronte effrenatis conuulsis clamo-
re perstreperant et errantes non tam corrigunt quam abigunt. hie.

Discipulos abigit furiosus acerbis atroxq;
cum crudele malo verberare vulnus agit.

289
Qualis debet esse magister.

Querat magister q̄ sit mitis māsuet⁹ placid⁹ benignus
pi⁹ clemēs iust⁹ tractabilis affabilis ⁊ amabilis. ait seneca.

Q Doctorem petito mitem placidūq̄ benignum
iustum clementem frugiferūq̄ piūm.

Preceptores pedagogosq̄ doctos graues clementes
mansuetos iustos prudentes prouidos benignos tracta-
biles affabiles et amabiles pueris conuenit dari. seneca

Tradatur pueris preceptor amabilis equus
prouidus et clemens altisonusq̄ pius.

Queratur doctor qui sapientie eloquentiam iunxerit.
qui non minus verbis elegantibus ⁊ quam acutis abun-
det sententijs et profiteatur vtrūq̄. dio.

Posce professorem facundum doctiloquūq̄
facunde et docte quūq̄ docere queat.

Air doctissimus eloquentissimusq̄ q̄ maxima doctrina
et eloquentia emineat docendis pueris adhibeatur. hugo.

Filiolis doctor doctissimus exhibeatur
maximus ingenio clarus et eloquio.

Liber secūdus. Qualis debet esse magister.



Magister debet esse apprime eruditus: labo-
ris patiens: virtutis amator: vitij alienus.
ait hiero.

Sit nimum doctus: vitij alienus: amator
virtutis: patiens inde laboris erit.

Magister debet esse impiger: bene doct⁹: probis mo-
ribus ornatus. ita vt non habeat vitia nec doceat. seneca.
ep̄la. rr.

Impiger et sapiens clara virtute repletus
et pers. criminibus turpe nihil doceat.

Preceptor non solum bene doctus sed etiā bonis mo-
ribus p̄dit⁹ esse debet. mores enī ornāt sciētīā. et sciētīa
sine moribus magis obesse quā prodesse creditur. solon

Sit bene doctus habens mores quibus inbuat illos
quos docet: vt docti sine pariterq̄ boni.

490
16
Liber secundus.

Ille vere doctor: et vere magister est: qui bene docet: et bene viuit: et qui discipulis verbo doctrine et vite exemplo prodest. phūs.

Vere doctor: erit: qui sancta et honesta docendo prodest: exemplum prebet et ille bonum.

Preceptores non solum carere crimine turpitudinis: sed etiam suspicione oportet. etenim quales sunt qui institunt: tales et qui instituntur. ait seneca.

4
iam

Sepe magistrorum mores imitantur alii. atq; ideo sanctum qui docet esse decet.

Doctor secum non dissideat. bene doceat. et bene viuat. vitam consentaneam verbis prebet. quia non huius animus est in recto: cuius dicta et facta discordant. ait phūs.

Consectetur idem: quod personat ore loquendo. vita et sermoni consonet ipsa suo.

Ut res dictis et dicta rebus inter se concordent: ac sibi correspondant: oportet vt doctor bene viuat: et bene doceat. ait zenon.

Rebus dicta sonent et res sonet ipsa loquellis. sancta docens doctor: viuat honesta sequens.

Quod sentimus loquamur et quod loquimur sentiamus. cōcordet sermo cū vita: et vita cū sermone. seneca epla xlv.

5
iam

Quisquē loqui quod recte sentit oportet. et sentire decet: quod bene quisq; docet.

Is promissum suum facile adimplet: qui quū videas illū: et quū audias: idem est. qui cum verbū doctrine pueris impendit: simul ei bonorum operum exempla relinquit. aug.

Qui docet: vt viuat: promissa fideliter implet: si sic perfecte viuit: vtilis docet.

Professor enitatur et quo ad poterit efficiat: vt sua ipsius sanctitate virtute et probitate nō minus quam doctrina proficiant pueri. dioge.

haud secus exemplo sancti doctoris alius quam doctrinali dogmate proficiat.

Doctor sit sapiens et eloquens: sapientie eloquentiam iunctam habens. et non minus verbis elegantibus quam

Liber primus.

grauibus et acutis sententijs redundare valeat. ait vga.

Disciplinam fulgeat luce bonarum
et magnis verbis eloquijq; sonet.

7 Preceptor non sit barbarus: nec balbus: nec nimium
blesus. linguam habeat expeditam. vocem clarā. sermonē
suauem. hugo.

Balbus magistrorum nimium nec blesus bonorum
lingua: nec ceteris barbarus ore sonus.

7 Magister sit durus et laboriosus. fideliter et vtiliter
doceat. interrogantibus placide respondeat: non inter-
rogantes percontetur. et ingenium discipulorum experiat.
fabius.

Vtiliter doceat. placide respondeat. vltro
percontans iuuenes experiat eos.

Magister sit mitis. mansuetus. facilis. tractabilis.
affabilis et amabilis. ait seneca.

Sit mitis. facilis. tractabilis atq; benignus
magnificus pius gratus amabilior.

Preceptor non sit furiosus nec iracundus nec supbus.
hinc ait zeno nō sit magister ingenio adeo duro adeo exo-
rabilis. vt nec precibus nec misericordia molliri queat

Non adeo durum cor gesserit ingenium q; s.
vt precibus flecti nec pietate queat.

8 Nō sit magister nimis iracundus nec eorum que emen-
danda erunt dissimulatoz. et nō sic obiurget quasi odent.
quintilianus.

Non seuire decet nimium: nec dissimulare
perpetrat malo crimina flagitio.

Non sit eius austeritas tristis: nec dissoluta comitas. sic
inde odium: hinc contemptus oriatur. herodotus.

Nec multum tristis nec sit nimis ille serenus.
sed teneat prudens inter vtrūq; modum.

Sit mansuetus prout oportu num est. interdum rigidus.
vt lites dissoluat: pacem cōponat: ob latrantes remordeat
ob loquentes reprimat: proteruentes castiget. boetius.

Mitior interdum: quandoq; seuerior extet:
eorda nimis que sunt irrequieta domet.

31 218
De discipulis.

¶ Prudentis quoque discipuli est sodalem aliquam comē habere. qui nubila existente fortuna eum foueat: et vrgente morbo sedulum se exhibeat. optime valitudinis tempore libellis vicissim gaudebunt: et iocis quibusdam postlectiones vacabunt. denique plurimū alter alteri iucūditatis et vtilitatis conferet. seneca.

¶ Multa comes comiti solaria ferre valebit
tristibus et letis rebus adesse valet.

¶ Socios inhonestos vitiosos et dissolutos vt pestem fugiat. pessima namque est studentibus cum dissoluto et improbo commixtio. vitiosorum etenim consortia nimis perniciosa esse solent. boetius.

¶ Non fugienda tibi permixtio sed a malorum.
prauis enim socijs noxius esse solet.

¶ Procliuius etenim est malorum emulatio et quorum virtutes assequi nescis: horum vitia propensius imitaris. hiero.

¶ Sepe malignorum studium secamur et artes
virtutum exemplum despiciendo sequi.

¶ Grecorum narrat historia alexandrum potentissimum regem moribus et incensu leonidis pedagogi non potuisse carere vitijs: quibus adhuc parvulus fuerat infectus hiero. epistola. lxxviii.

¶ Clarus alexander bellorum rebus et armis
moribus infelix sed tamen ille fuit.

¶ Ergo iuuentus nostra cum bonis litteris mores capessa optimos et ab iniqua et noxia societate penitus abhorreat. dioge.

¶ Doctrinam et mores pariter studiosa iuuentus
discat. tum socios horreat improbulos.

¶ Scis si doctus cuaseris. qui honores et quanta tibi
omnia proponantur. dioge.

¶ Magni tibi doctis quam proponantur honores
dicamur studij inueniamur eos.

Liber tertius.

Quomines vt mechanicę artis officia assequatur in suis
 nocte dieq; labores subeunt: nos liberalibus sty-
 dijs negligenter inseruimus. plinius.

Humanas artes multo sudore paramus
 et periturus multa desidia ingenuas.

Non omnes qui in gýnasijs veniunt erudiuntur. sed
 qui erudiri cupientes diurnum ac nocturnum laborem su-
 beunt frigus ac famem pro adipiscenda disciplina tolera-
 tes. amaragoras.

Anti gemasij veniunt pauciq; docentur.
 scire datur nullis absq; labore. viris.

Desidiosus. iccirco sepe ingenium accipit: vt postea
 de negligentia iustius puniatur. quia quod sine labore
 assequi potuit: scire contempsit. ait greg. in mora.

Miser horrendis penis crucietur auernis
 ingenium velox desidiosus habet.

Iccirco etiam quis ingenij tarditate premitur: vt eo
 maiora retributionis premia laborando inueniat: quo
 magis insudando et vigilando laborat. idem.

Premia percipient hebetes maiora laborem.
 ingenio fragili quo subiete grauent.

Nil ergo in terris sine causa fit quando et studiosa
 tarditas ad premium proficit: et desidiosa ingenij velo-
 citas ad supplicium crescit. greg. in mora.

Supplicium grauius piger ingeniosus habebit
 inuigilansq; rudis premia percipiet.

Excolenda ergo iunt ingenia. scrutande scripturę. ri-
 mandi codices. euoluende hystorie. excutienda corporis
 et animi mollicies ac segnicies. bar. tis. mantua.

Exerce ingenium et veterum monumenta viroꝝ.
 perscrutare legens erudiendus eis.

Legito ea que sunt doctissimoz hominũ monumentis
 cõprehensa. et facito vt optimoz studiosũ fructũ capias
 vberrimũ. et posteris tuę sapientię memoriã relinqs. vgo.

Scripta per itoz legito: quibus erudendo
 plurima proueniunt emolumenta viris.

De officio magistrorum.

492
17
¶ Professor licet in scholis rigidus et seuerus esse debeat: extra tamen sit placidus tractabilis et affabilis. pueris vultum hilarem monstrat. parentibusque eorum benigniorem affatum. docendisque aditus spondeat facillimum. vgo.

¶ Doctor gymnasio rigidus metuendus et acer. extra bilis. placidus. fronte serenus erit.

De officio magistrorum.

Officiū magistri est bene pueros instruere et mores cum litteris edocere. ait seneca

¶ Optima proponant pueris precepta magistri. ac sanctis pariter moribus instituant.

¶ Adhuc omnia scientiam: et scientia sitte moribus parum prodest. ideo preceptis docendi adiungat precepta viuendi. vt et modum vite suę et studij sui rationem agnoscat discipulus. vgo.

¶ Is qui viuendi precepta dat atque docendi doctoris munus nobilioris agit.

¶ Optet eorum quos instituendos accepisti sic satage re: vt simul et docti fiant: et sanctis moribus imbuantur. boni enim magistri est: bonos mores cum litteris edocere. ait philosophus.

¶ Edoceat mores: et dogmata sancta magister. colaudatur enim quisquis vtrumque facit

¶ Enitendum pro viribus vt bonas litteras et bonos mores edoceantur adolescentes. licere enim que mores non docent: parum presunt. malo enim pueros nullas scire litteras ornatos moribus: quā oīa scire male moratos. sene.

¶ Despicienda venit quoties doctrina beatorum non facit: et mores non decet illa bonos.

¶ Ad maioris culpe cumulum pertinet: scire quenquam quod sequi debeat: sed facere nolle. inquit ysi. lib. ij. de summo bono.

¶ Dignus supplicio sapiens maior videtur: qui bene cuncta sapit: nil sapienter agens.

¶ Scienti bonum et non facienti peccatum est illi grui? aiebat quidam fener libro de vitis patrum.

¶ Crimen erit grauius sapientibus: insipientum quos malus error agit: precipitesq; trahit.

¶ Qui mala sciēdo perpetrant: et intelligentes que bona sint: pessima queq; sequuntur: descendunt in infernum viuētes et mors depascet eos. hiero.

¶ Qui bona cuncta sciunt: et pessima queq; sequuntur in stygias viui precipitantur aquas.

¶ Sapientes qui vitiosi sunt: et pessimis imbuti moribus diaboli sunt similes: et eum in moribus imitantur. diabolus enim multa scit: sed nihil bene aut recte agit. ber.

¶ Demonis ingenium mores imitantur et artes qui bene cuncta sciunt: et male semper agunt.

¶ O di ego sapientē: qui non sibi sapiens est. ait menāder

¶ Detestandus erit sapiens: qui non sapienter viuit: at incunctis insipienter agit.

¶ Cultus ager si spinas producit: mali solit natura est. ita doctus homo si vitiosus sit. ait phis.

¶ Si bene cultus ager spinas producit acutas id natura foli causat iniqua mali.

2 ¶ Ut sol non omnes quibus lucet calefacit. ita sapientia non omnes: quos quid sit faciendum docet: continuo ad faciendum accendit. ber.

¶ Non trahit ad rectum sapientia nobilis omnes. nec cuncti solis lumine rite calent.

3 ¶ Aliud est multas diuitias scire: et aliud possidere. nec notitia diuitem facit: sed possessio. itidem aliud est sapientē esse: et aliud sapienter agere. qui enim insipienter agit: non vere sapiens est. ber.

¶ Qui sapienter agit: sapiens dicitur. at ille dicitur insapiens: qui insipienter agit.

4 ¶ Preceptor illos admittat quos potest facere meliores. quos meliores non potest facere dimittat. legit enim dis

discipulus magistrum: si per negligentiam suam precepta eius
quod laborem disperdat. seneca.

Desidiose animo lectis pigritante magistrum:
si piger effugas ferre laboris onus.

Non patiatur magistri discipulos laborem et tempora
vel animi inertia vel ingenij ruditate perdere. ait quintilianus.

Mitte magister eos: quorum rude cernis bebesque
ingenium: vel qui discere despiciunt.

Sterilia nullo labore vincuntur. proinde quos videt do
ctor vel nimis inertes: vel multum hebetes. dimittat: et tem
pus perdere non patiatur. idem.

Qui rudis indocilis seu desidiosus inersque
extiterit merito proiciendus erit

Pythagoras adolescentum: qui se a discendo obtulerant:
ingenium moresque per philosophiam et per quedam na
ture indicia perscrutabatur: et eos tantum recipiebat: quos
studio fore sperabat idoneos. ait diogenes.

Pythagoras vultum mores et signa notabat:
tyronum assumens aptius ingenium.

Socrates atheniensis quem multorum discipulorum do
ctorem fuisse comperio nunquam indociles admittebat.
docens dociles tantum diogenes.

Quos videt indociles penitus nec posse doceri
dimittens alijs applicat officia.

Peruersos et in corrigibiles caute eiciat doctor ne ce
teri quoque inficiantur. quoniam alter aliterum in vitia trahimus. ait seneca.

Stultos expellat ne cetera turba malignis
conuersans socijs inficiatur eis.

Abalignus comes cuius candido et simplici rubiginem
suam applicat. vnicuique luxurie exemplum multum mali facit. so
crati enim lelio et platoni excutere mentem suam dissimi
lis multitudo potuisset. idem.

Et scabiosa pecus morbo corrupta ouile
sic socius socio perniciosus obest.

Leonides alexandri pedagogus quibusdam cum vitijs

L 98

Liber secundus

imbuit. que postea robustū et magnum regem ex illa pueri ui?
institutione sunt profecuta. quintilianus.

Tart

¶ Est alexandrum conraglo secta magistri.
inde ferunt vitijs non caruisse malis

¶ Preceptor adolescentes a malo retrahat et ad bonum
trahat. laudabile et honestum frequenter adhortetur et
moneat. quo em̄ sepi⁹ monuerit: hoc rari⁹ castigabit. idē

¶ Abstrahat a vitijs pueros: ad honestaqz curet
hos trahere: et rectam cogat adire viam.

¶ Assumat professor erga discipulos parentis animum:
ac succedere se in eorum locum a quibus liberi tradantur
existimet. ait diogenes.

¶ Diliter doceat pueros quicunqz professor
dilectiqz putet: se patri esse loco.

¶ In emendando que corrigenda erunt: non sit nimisa
cerbus: vel contumeliosus. id enim multos a proposito stu
dendi auertere et fugare solet. fabius.

¶ Doctor corripuens non sit nimis asper acerbus
auertit pueros et fugat asper eos.

¶ Adiscenda est quedam lenitas seueritati et faciendum
quoddam ex utraqz temperamentuz: ita vt nec nimia seue
ritate erulceretur pueri: nec nimia lenitate soluantur. greg.

¶ Nec leo terribilis nec sit mitissimus agnus.
inter vitrumqz modus nempe tenendus erit.

¶ Maxima diligentia adhibenda est: vt teneros adhuc
animos ab iniuria docentis sanctitas auertat: et ferocio
res magistri grauitas deterreat. fabius.

¶ Doctorem probitas inuenes inuomet in ipsia
moribus et grauitas terreat improbulos.

¶ Difficile est dictu quātopere conciliet animos discipu
lorū magistralis comitas affabilitasqz sermonis. q̄mobzē
doctor inclinetur facilius ad lenitatē: quam ad ferocitatē.
vt sic qui natura sunt asperi: leni ducantur manu. seneca.

¶ Corda professores placidi durissima mulcent.
fleccentes molli corda superba manu.

De officio discipulorum.

496
19
Ludendi spacium tempestiue concedat. nam relaxare se animi interdum et dare iucunditati volunt. docendi tamē caueāt Intēperantiā: meminerint ve recūdic. n. voluptate vel iucunditate elati in aliquā turpitudine dilabatur. ac perinde gymnasij lectionūq; penit⁹ obliuiscant. vgo.

Ludendi spacium pueris quandoq; relaxet
ni ludus studijs exitialis erit.

De officio discipulorum.



Discipulorum officium est obtemperare magistro et bonos mores pariter cum litteris adiscere. ait diogenes.

Discipulus proprio studeat parere magistro.
discere tum mores: litterulasq; parer.

Discipuli interest obedere magistro et magistri refert bonos mores pariter

cum litteris edocere. boetius

Parcat egregio iuuenis quicumq; magistro,
et doceat mores ipse magister eum.

Preceptoris interesse arbitror teneros puerorum animos instituere secunduz omnes virutes. discipuli quoq; refert bonas litteras simul et mores laudatos imbibe. ait seneca.

Instituatur pueros virtutibus ipse magister.
et discat mores et documenta puer

Et discenū et docenti hoc debet esse propositum. ille vt prodesse velit. hic vero proficere. inquit seneca.

Discere discipulus cupiat prodesse magister.
idq; ambobus erit veniq; propositum.

At magistrorum officium est docere sic discipulorū se dociles prebere. alioquin neutrum sine altero sufficit. boetius

Officium doctozis erit bene quēq; docere.
discipulus docilem se quoq; prebet ei.

497
¶ Omnis magistrorum labor erit irritus et vanus: ubi se dociles nolunt prestare discipuli. ait tullius ad filio scribens

¶ Qui docet indociles hebetes pigros vel inertes nil profecturis littora bobus arat.

¶ Discipuli perfectio in tribus consistit attentione, docilitate, beniuolentia, debet enim discipulus esse beniuolus animo, attentus ad audiendum, docilis ad intelligendum, boetius.

¶ In tribus omnis inest perfectio discipulorum, et tria perfectum reddere quousque valent.

¶ Subiectio discipulorum in tribus consistere debet, in attentione, beniuolentia, docilitate, ut scilicet sit docilis ingenio attentus exercitio, beniuolus animo, intentus inquam ad audiendum, docilis ad intelligendum, beniuolus ad retinendum, idem.

¶ Totam docendorum subiectio discipulorum, in tribus: ut docti nos docuere: patet.

¶ Non debet discipulus magistro presente quicquam nisi iussus loqui, tacite et attente audiat, mox audita cum sociis repetat, seneca.

¶ Preceptore came quicquam presente loquaris, nam decet attentum te tacitius fore.

¶ Esto verborum tacitus auditor, et auditorum impiger repetitor, ait boetius.

¶ Audi cuncta tui tacitus precepta magistri.

¶ Mox audita libens cum sociis relegas.

¶ Discipulis existentibus in gymnasio utilius est audire quam loqui: secundum zenonis preceptum dicentis sic circo duas habemus aures et unum os multa ut audiamus loquamur vero pauca.

¶ De natura unum binas dedit omnibus aures: multa audire decet paucaque verba loqui.

¶ Discipulus doctoris sui verbis fidem nec dubiam adhibeat, oportet enim adscitum credere, ait phisarchus primo de corinthios.

¶ Magna fides verbis doctoris habenda docentis nemoque mentiri aut fallere credat cum.

De officio discipulorum.

498

20

Iudicio preceptoris discipulus pendeat. idq; se dixisse recte quod ab eo probetur credat. ait quintilianus.

Iudicio iuuenis doctoris pendeat almi.
vidq; id recte: quod probat: ille putet.

Discipulus doctoris sui verba libenter velit audire: et dictis credere: et illi vt similis fiat desiderare. tullius ad filiū.

Audi verba fidem dictis adhibere magistri
Haud dubita cupiens vt similis ei.

Discipulus vbi laudabile ac pbatū fuerit adeptus preceptore illi firus adhereat. doctrinā capiat & in omnibus illi imitetur. et deniq; talis esse cupiat: quālis magister est. ait seneca

Egregium natus doctorem firus eidem
bercat exoptans vt sit ei similis

Velit autem discipulus et debet vbiq; preceptoris laudes referre: et eius fame buccinatores se ipsum prebere ait. valerius.

Doctorem iuuenes laudare tenentur vbiq;
vt famam et laudes buccina magna sonet.

Discipuli non minus preceptore amare habent quā ipsa studia. cum ipse alter existat pater: nō dico corporū sed mentium multo illis excellentium. ait tullius ad filiū scribens.

Sic studium veneratur amans studiosa iuuentus
sic preceptorem diligit illa suum.

Discipulos interim moneo: vt preceptores suos non minus quam ipsa studia ament: et parentes esse non quidem corporum sed mentium credant. ait quintilianus.

Sicut amant iuuenes studium venerabile, doctum
sic preceptorem patris amore colant.

Adultum hec pietas studio confert litterarum. sic etenim libentius audient et dictis credent. ait fabius.

Qui preceptores patrio veneratur amore
audit amanter eos et bene credit eis.

Discipulus doctori suo si ingratus et obediēs. ingrati tudinis vero vitium preceteris detestetur et fugiat. ait vgo.

Pareat et gratum se monstret vbiq; magistro.
ingrati vitium vitet et effugiat.

Ingratitudo in discipulis est [vt opinor] maximū et ter-
 rimum aliorum vitiorū. ait valerius.

Est graue discipulis et detestabile crimen
 si quibus edocti sunt coluisset negant.

Equum erat te illū colore cuius p̄ceptis optime fue-
 ras institutus. ait plinius.

Te decuit colere et imia pietate magistros
 qui te p̄ceptis instituere bonis.

4 **S**uspiciendi venerādi obseruandi et ritu decorū colē-
 di sunt: qui nos doctrinis recte instituerūt: et virtutis exē-
 pla docuerunt. ait seneca epla. dv.

Sic venerare tuos doctores atq; magistros:
 vt gens p̄isca suos est venerata deos.

Si consulē video vel p̄tore ōnia quibus honoz exhi-
 beri solet / facio. equo defilio. semita cedo. caput detego. qd
 ergo his quibus bene doctus et recte institutus sum: me
 facere oportet. seneca ibidem.

Maior honoz nostris doctoribus exhibeatur
 quam qui p̄torei consulibusq; datur.

P̄ceptoribus illis: a quibus tāti boni initia fluxe-
 runt: proculdubio multū debemus. inquit seneca.

Multa proculdubio fateor: debere magistro
 nobile doctrine qui mihi dogma dedit.

P̄parentibus q̄ nos genuerunt: et p̄ceptorib; q̄ nos do-
 cuerunt: nunquam plene satis facere possumus. ait ph̄s.

Nemo satis faciet genitoribus atq; magistris:
 nec sibi pro meritis premia digna dabit.

Deo parentibus. et magistris non potest reddi equi-
 ualens. ait aristoteles lib. ix. ethi.

Quid tribuisse deo genitoribus atq; magistris
 possumus: vt meritis equi paremus eis.

Discipulus veniēti magistro assurgat: et caput inclinēt
 eūq; si iubeat assequatur. ferens secū cedulas: et vbi lectionū
 dubia scripta sunt: p̄ceptorem interroget. boetius.

Flecte caput docto assurgens veniente magistro
 et comitare libens quolibet ire velit.

De officio discipulorum.

Qui cum sapientibus graditur sapiens erit. inde dicebat terenti⁹ nunquam ad viros doctos accedo quam doctior euadam.

Doctior euadit quicumque accedere docis gaudet vbiq; viris et comitatur eos.

Cum sapientibus et prudentibus ambula. ecclesi. ix.

Qui cum prudente et qui cum sapiente moratur continuo prudens et quoque doctus erit.

Probam societate elige: improbam negligere: et potius tu fias alijs virtutis et probitatis exemplum: quam alij tibi. ait theonides.

Sis potius reliquis virtutum exemplar honestum quam contra existat cetera turba tibi.

Inter socios sis letus iucundus et alacris. et si errans auerteris: non te irasci oportet. si autem lauderis: hinc magis hilarem te studio prebe: et gratum preceptoribus exhibe. tullius ad filium.

Cum socijs hilari te viuere fronte: magistro preterea gratum te decet esse tuo.

Discipulo magistratum se subijciat: eumque metuendo diligat: fidelisq; ac gratus existat. nec sub simulate dilectionis furo ei ingratus vel infidelis sit. boetius.

Quisq; magistratum metuens vereatur ametq; gratior existens atq; fidelis ei.

Oportet magistros multas mercedes capere a discipulis. ab ingeniosis quidem quia multa discunt. a rudibus vero quia docent multos labores exhibent. socrates.

Prebuit ingentes rudis erudiendo labores ingeniosus homo multa docendo capit.

Discipulus omne tempus utiliter consumat. nugis et vanitatibus nullatenus inferuiat. quod studio cura et labore assequi potest: caueat ne per inertiam ignaniam et negligentiam amittat. ait diogenes.

Discipulus studeat tempus consumere totum utiliter. nugis nec vacet ille malis.

Ommino iniquum est nobiliora ingenia nugis vacare

et studijs de honestari vilioribus. et quos grauiora expectant officia: voluptatibus et vanitatibus inseruire. *crf. libro de curialium nugis.*

¶ **H**aud decet ingenium venerabile discipulorum turpibus et vane seruiat officio.

¶ **A**dollescentibus vt foris crescit etas corporis: ita intus [si dici liceat] cresca etas virtutis. ait greg. in moralibus.

¶ **E**xterius pueris vt crescit corporis etas etas virtutum crescat ita interius.

¶ **T**e grauitatem viteq; honestatem cū optimis litterarū studijs ita oportet coniungere: vt facile appareat te in optimū et præclarum virum breui tēpore euasurū. *trog.*

¶ **D**iscat honestatem vite pariter grauitatem qui studijs iuuenis se dedit egregijs.

¶ **M**ores primū mox deinde sapientiā discite. que sine moribus male discitur. et cum moribus splendet vt solis iubar. ait phīs.

¶ **P**rimū discipulus mores adiscat honestos tum disciplinam discere rite parat.

¶ **S**apientiā atq; doctrinā stulti despiciunt: et imprudētes odio habent scientiam. tu de numero stultorum non sis. *prover. 1.*

¶ **I**ncerta despicitur fatuis doctrina. disertus laudat et optat amans et veneratur eam.

¶ **N**ihil est venerabilius sub cælo sapientia. qui eam despicit: stultus et imprudens est. *phīs.*

¶ **Q**ui se contentit veneranda seientia. demens vtilius spernit nobiliusq; bonum.

¶ **Q**ui ad fastigiū scientiæ sublimiter vult ascendere: segnitie excutiat: laborē subeat. et primū pbatos magistros quibus doceatur adire satagat. deinde socios quos doceat secum habeat. vtrūq; enim discenti et proficere volenti necessarium puto. *vgo.*

¶ **D**isce magistrorum iuuenis præcepta bonorum. inde decet socios querere quos doceas.

202
22
Que nescim⁹ discere: q̄ scim⁹ docere debem⁹.

Quofdā habeat quos secreta doceat: et doctrine documentis informet. doctrina enim non solū audiendo sed etiam docendo cordibus hominū se ingerit. ideo dicebat boetius primū oportet discere: mox deinde docere.

Omnia discipulus que nescit discere curet.
que bene scit doctus cuncta docere velit.

Que nescimus discere: q̄
scimus docere debemus.

Quere doctiores qui te doceant: et indoctos quos doceas. alios namq; docere: est proprie facultati indulgere. ait boeti⁹.

Doctores ab eis quibus erudiri peritos
quosq; rudes carnis doctior erudias.

Aduo ista sunt: et homines dum docēt: adiscūt. ideo q̄ nescis discito: doceto vero q̄ scis idē.

Qui docet adiscit: nam cum docet ipse docetur
qui negat oblitus plurima pauca sapit.

Qui aliū docet se ipm docet: et qui id ipm facere recusat: imprudēs est. sapiētia enim docendo crescit: et cū avaris habitare dedignatur. ait zeno.

Qui docet indoctos quoq; festinus instruit ipm
qui negat imprudens insipiens q; manet.

Sapiētia est discere que nescis et docere que scis. vnde aebat solon aperitis doctrinā capite imperitos docete.

Discere doctrinam studeas doctore perito
indoctos itidem doctior edoceas.

Que nosti sine arrogātiā postulātiū partire: et q̄ nō nosti sine occultatione ignorātiē tibi postula ipartiri. ait seneca

Disce quod ignoras que sunt tibi nota doceto.
doctior est etenim quisquis vtrūq; facit.

Cupio omnia que scio in aliū trans fundere. et in hoc gaudeo discere: vt doceam. nec me vlla res licet erima. et

salutaris sit delectabit quā mihi vni sciturus sum. ait seneca.
 ¶ Que didici cupio socios transfundere in omnes.
 que teneam solus discere nulla paro.

¶ Si cum hac exceptione vel conditione detur sapientia
 vt illam inclusam teneam: nec enunciem reiiciam. nullius
 enim boni sine socio iucunda est possessio. ait idem.

¶ Si me lege doces tali vt documenta recondam
 despiciam donum doctor amice tuum.

¶ Omne bonum est communicabile. scientia autem de nu-
 mero bonorum communicabilium est. et ideo auarum dedi-
 gnatur habere possessorem. ait phis.

¶ Dispensatorem vult largum munificūqz
 philosophia malam spernit auariciam.

¶ Sapientia docendo crescit. et ideo liberalem et munificū
 dispensatorem appetit: et auarum dedignatur habere pos-
 sessorem. ait socrates

¶ Adit auariciam. crescit doctrina docendo
 doctor munificus qui docet auget eam.

¶ Sciencia sparsa colligitur: erogata reuertitur: publicata
 suscipit incrementum. ait aristoteles.

¶ Erudiendo rudes capit incrementa. minorem
 protinus efficit doctor auarus eam.

¶ Sciencia est nobilis et generosa animi possessio que
 dando crescit et nisi distribuatur cito elabatur: et distribu-
 ta suscipit incrementum. ait seneca.

¶ Incrementa capit quotiens doctrina docetur.
 atqz minor contra ni doceatur erit.

¶ Sapientia non solum nobis paranda est: sed fruenda
 et comunicanda. ait iustinus.

¶ Non tibi sit soli doctrina paranda: sed illam
 diuide cum socijs erudiendo rudes.

¶ Sapientiam atqz doctrinā sine fictione didici: et sine in-
 uidia comunico: et honestatem illius nō abscondo. sap. vi.

¶ Que didici doceo: nec auarus et inuidus opto
 condere thesaurum doctrinae ministerium tuum.

¶ Que per doctrinam didicisti: conserua meditationibus:

204
23
Que nescim⁹ discere: q̄ scim⁹ docere debem⁹.

et lectionibus doce. que autem non didicisti: cape a doctis. ait seneca.

¶ Te doceant docti non doctos ipse doceto.
nam sapienter agit: quisquis vtrūq; facit.

¶ Oportet ōnem animam secundum voluntatē dei ambulare: et diligenter discere que nescit: et docere que scit. qui autem vtrūq; cum possit agere: non vult: manifesto insanie morbo laborat. ait hiero.

¶ Discere quod ignoras que scis documenta doceto
creditur insanus quisquis vtrūq; negat

¶ Discere debet aliquis: ante quam doceat. ideo non cito proficias ad docendum. multo tempore discere: quod doceas. nec te ipse doceas quia [vt ait hiero.] nulla ars perfecte discitur absq; magistro.

¶ Discere prius doctē vt valeas precepta docere
haud tamen ingenijs erudiare tuis.

¶ Nostri litteratores insolentię atq; imperitię pluri quasi nouerint quicquid in latinis litteris occultum atq; abstrusum habetur: propalam interpretari ausi sunt: quod ipsi non intelligunt. quorum impudens temeritas tum rei latine tum maxime discipulis plurimum ob fuit. ait valerius.

¶ Doctor obesse rei rudis insipiensq; latine
et quoq; discipulis ille nocere solet.

¶ Vir insignis discipline qui pie ac religiose viuat magisterium sumere et docendi munus ac officium tenere. debet. vgo.

¶ Vir pius et sanctus qui viuere religiose
iure magistrorum fungitur officio.

De professoribus et magistris.



Magister a monendo vel monstrando dicitur, et est proprie is qui alicuius rei precipuam curam gerit, vel qui maiorem rebus agendis diligentiam adhibet, ait marcellus.

Magis: agendorum cui tradita cura magister dicitur: et quisquis monstrat agenda docens.

Magistri proprie dicuntur artium professores, transferunt tamen hoc nomen ad omnes quibus precipua rerum cura incumbit, hoslien.

Precipuum rerum curam qui sumpsit et artes edocet egregias: ille magister erit.

Magister debet esse bene doctus, oportet enim quod prius discat quam doceat, et prius sit discipulus quam magister, ait boetius.

Nemo docere prius quam discat sufficit, immo debet quisque prius discere quam doceat.

Qui non novit se discipline iugo subijci: nunquam sciet magistrari, fieri enim magistrum miserum est et: qui non didicit esse discipulus, lxi. di. c. miserum.

Qui se doctrine nunquam sumit et artis: cur docet insipiens atque docendus eam.

Hoc tempore non solum indocti sed etiam imberbes ad docendum potius quam ad discendum prorumpunt: et miserandas puerorum aures nugis obtundunt, ait veda.

Ecce magisterium male doctus sumit ephesus nugis obtundens vana docendo caput.

Loquuntur que nesciunt: docent que non didicerunt: magistri fiunt: cum antea discipuli non fuerint, ait seneca.

Id plerique docent que non didicere, magistri fiunt: qui nunquam discipuli fuerint.

Adultos hoc decipit quod ante tempus sapientes apparere et videri volunt, ut iam simulare incipiant: quod

De officio discipulorum.

206
24

non sunt: et quod sunt erubescere. et eo magis a sapientia
recedunt: quo nō esse sed putari sapientes optāt. ait. vgo

¶ Ante diem sapere exoptas: pleriq; videri:
irrita at illorum vanaq; vota manent.

¶ Quibusdā magis opere pretium est videri sapientes et
non esse: quam esse et non videri. ait phūs lib. elencorū.

¶ Haud sapere exoptas: sed plurima nosse videri
hinc manet omnino pectus inane tuum.

¶ Sapientes et insipientes opinantur se scire. illi quidem
opinantur et sciunt. isti vero mani et stulta opinione in ig-
norantie tenebris et mentis cecitate manēt. ait phūs.

¶ Doctus opinatur se multa tenere tenetq;
stultus nosse putans omnia decipitur.

¶ Sunt nonnulli qui se non agnoscunt seq; metiri nesciūt:
et que nō didicerunt docere conātur. qui pondus magi-
sterij tāto leuius existimāt: quāto vi magnitudinis illius
ignorant. greg.

¶ Stulte magisterij si nosse pondera clari
non te subijceres viribus impar ei.

¶ Nolite queso fratres mei ante tempus fieri magistri
scientes quod maius iudiciun sumitis. iacobi. iiii. j.

¶ Qui documenta docent que non didicere magistri
iudicio ceci sub grauiore cadent.

¶ Sunt quidā q̄ nulli arti quod suū est tribuere horūt.
nam in grāmatica de syllogismorū ratiōe disputāt. in dia-
lectica inflexiones casuales docēt. et quod magis irrifio-
ne dignum est in singulis legunt ones. vgo.

¶ Sunt qui non norunt propriam dare cuiilibet arti
immo docere omnes qualibet arte parant.

¶ Peritia docēdi in tribus cōsistit. natura. doctrina. vsu.
natura id est ingenio. doctrina. i. scientia. vsu. i. exercitio
et assiduitate. hec sunt q̄ i omni artifice expectant. ait tullius.

¶ Qui docet ingenio doctrina doctor et vsu
indiget. immo opifex his tribus omnia eget.

¶ Doctor debet esse ingeniosus eruditus et in docēdi

Liber secundus.

exercitio exercitatus. inquit tullius.

¶ Qui docet et sciat doctissimus ingeniosus
nec tyro sic eo quod capir officio.

¶ Magister sit sapiens et diligens. quia sicut artium est
studiorum diligentia mater est: ita vniuersę doctrine no-
uerca negligentia inuenitur. ait boetius.

¶ Segnitiam soppie quis non videt essenouercam
cura vigil nutrix et quoq; mater erit.

¶ Doctor seueritate vite: sanctimonia morum: optima-
rum artium doctrina: fulgere debet laboris patientissim⁹
et in rebus agendis multum diligens. ait thlaes

¶ Impiger interpres solersq; in rebus agendis
sancta parec pueris emolumenta suis.

¶ Plus homines oculis quam auribus credunt. longū
enim iter est per precepta breuius per exempla. zenonē
enim deas nom expressisset si tantum cum auribus au-
disset. obseruauit illum vt ex forma viueret. seneca.

¶ Doctorum probitas plus quam doctrina docendos
pellicit vt recto tramite semper eant.

¶ Videte igitur vos qui longo tempore et assidue tene-
ros et simplices puerorum animos instituitis quantum
vel prodesse vel obesse potestis hominibus. cum bonos
malo sue mores tradere vestro relinquatur arbitrio. ait al-
dus manutius.

¶ Sancta professores profunt precepta docendo
contra obsunt miseri qui nocitura docent.

¶ Quantum boni et sancti professores ciuitatibus pro-
fint non facile dixerim. quantum item obsunt mali dicere
nequeo. qre non possum non vehementer admirari nul-
lam fere patribus et rectoribus vrbium in eligendis pre-
ceptorum moribus esse curam. non aduertunt quantum
inde boni malique ciuitatibus infundatur. idē.

¶ Instituens pueros docto: diffundit in vrbes
optimus omne bonum: possimus omne malū.

Equidem bonos malos ue vos esse tantum referre arbitror: ut affirmare ausim: bonorum malorumque omnium que ubique terrarum sunt: vos esse potissimum causam. nam iuris consulti. philosophi. rectores urbium. duces. reges. monachi. sacerdotes. prelati. cardinales. ipsique summi pontifices et denique quicumque vel solas litterarum notas tenent: sub disciplina olim vestra fuere paruuli. a vobis instituti sunt. virtus vestra vitium ue eorum profuit vel nocuit moribus. idem.

Nascitur omne bonum sanctis doctoribus atque pestiferis contra provenit omne malum.

Magister qui a deo malignus ac peruersus est et sui ipsius ita oblitus ut agnos sue commissos fidei ceu lupus deuoret: heu quanta illum pena apud imos manes vel breui expectat et manet. ait aldus.

Qui teneros agnos veluti lupus ore cruento deuorat: ita preceps in flegentis aquas

Doctores qui ita prauis et pernitio si sunt ut non solum obfint quod illi ipsi corrumpantur sed etiam quod corumpant pluresque exemplo quam peccato nocent: sepe immatura et improuisa morte ne tantum obesse queant et ne mundum corumpant] rapiuntur: et ad inferos pertrahuntur. idem.

Qui corrumpit simul et corrumpitur atque sepe repentina morte premendus obit.

Iuuentutis moderatores et morum magistris vos esse velim. nec solum doctores puerorum sed et parentes putetis. et ideo cum verbum doctrine pueris impenditis: simul et bonorum operum exempla relinquit. augu.

Nesto iuuentutis moderator et omne beate exemplum vite cum probitate doce.

Docentes alios mentiri non debent: nec falsa pro veris ingerere. ait aristoteles lib. de morte.

Mentiri caueant et falsa docere magistri cuncta super veris quin documenta loquent.

Boni doctoris est in tribus precipue laborare. scilicet in constructione. dictione. sensu. ait hermogenes.

Construat exponens quęcūq; vocabula sensum.
eliciat planum perspicuūq; docens.

Magister cogat pueros omnibus interesse lectionib⁹.
et quę dixerit attente audire et ante finē lectionis de gŷnasio non decedere. valerius.

Dum legit atq; docet patiat̄ur abesse magister
nullum: sed cunctos cogat adesse simul.

Doctor nullius personā accipiat. immo quantuncūq;
discipulus sit magnus vel generosus si peccauerit corripiatur. ait quintilianus.

Magnus et exiguus formidet dura docentis
verbera doctoris. nemo timore vacet.

Preterea nullū ultra debiti temporis spatium expectet.
sic enim desidiosior ac negligentior fieret. secus autem maturius festinaret. ait valerius.

Non decet vt doctor iuvenes expectet a lunnos.
sed decet expectet semper a lūnis cum.

Magister in gŷnasio silentium in dixerit: ac se tacite
attente in dessecq; audiri velit. ait quintilianus.

Gymnasio indicat quicūq; silentia doctor
audiri attente se velit ⁊ tacite.

Magister qui discipulis silentiū et taciturnitatem attentio
nēq; non indicit: semē doctrine in sterilē terrā iacat: et operam
ac laborem perdit. ait diogenes.

Littora bobus arat quicūq; silentia doctor
non facit: attentos nec tenet ille suos.

Docentis interest tacitos quietos et attentos facere
discipulos. inquietos autem garrulos et inuerecundos porris
et contumelijs afficere interdū. fustibus vel scuticis
cedere. boetius.

Garrula vel verbis vel viris turba flagellis
colla iugo vt subdat sit ferienda tibi.

Doctor non sic doceat vt a doctis solum percipiatur.
verum [quo ad id fieri possit] enitatur: vt docti pariter et in

De lectionibus qualitate et quantitate.

240
27

Lacteq; paciantur. quinti

Lactet abduc teneros preculci lacte ciboq;
et nutricia eos moze magister alar.

In lectione plurimus de honesto et utili sit sermo. lectio enim que ad honestatem et utilitatem non pertinet contenda potius quam proponenda videtur. fabius.

Sermo docentis erit bonus, utilis, aptus, honestus
verbaq; nulla ferat que probitate vacent.

Doctor ea querat et inuestiget: que pueris utilissima existimet. que autem omnis utilitatis sunt expertia: omittat. et non modo que diserta: sed que utilia et honesta sunt exponat. idem.

Doctor honesta paret pueris documenta docendis
contemnatq; carens utilitatis opus.

Omne opus conducibile et fructuosum perquirat. cum cros obsceni carminis auctores ab adolescentium schola procul abigat. decet enim professorem vitia hominum non detegere. sed ab his iuuetutem: cuius ipse rector et magister est: auertere. idem.

Ostile querat opus deuotans tupsia vatum
que nihil et fructus nil pietatis habent.

Aulta sunt in poetis et gentiliu libris abominanda ait baptista mantuanus.

Derisanda leges vanis complura poetis.
quans dicendi sit sibi grande genus.

Ideo poetis esse sublime et elegans dicendi genus. multis enim ornatibus multisq; festiuitatibus poema decorarunt. interdum tamen sub dulcedine mellis propinant poculum fellis. idem.

Est sublime genus dicendi sepe poetis
sel sub melle tamen grandeq; virus habent

Explicet igitur eos poetas: quorum ope non modo ad ingenij cultum: verum etiam ad pietatem, religionem, veranq; sapientiam pertineant. qui non minus ornatu ingenium

et os: quam pietate animum possint excolere. vgo.

¶ Erplicit erudiens meliora poemata vatum.
que doceant ornent commoda multa parent.

¶ In lectione non tam verba quam veritas est amanda.
sepe enim rep eritur simplicitas veredica et falsitas com-
posita. que hominem per lingue ornamenta in errorem
ducit et sepelaequeos disponit picta et nectarea lingua. v. s.
lib. de summo bono.

¶ Andoriferum plerumqz serie phalerata venenum
lingua gerens verbis toxica nectarcis

¶ Doctor in docendo cupiat potius rebus quam verbis
placere. nec curet quanta loquatur eloquentia: sed quanta
doceat utilitate. aug. lib. de doc. christiana.

¶ Rebus quam verbis potius seruire tenemur
doctores rebus subdere verba solent.

¶ Non sermoni res sed rei est sermo subiectus. proinde
doctor negligat interdum verba cultiora parans utiliora.
nec quam bene sonct: sed quam utiliter doceat considerare
hilari.

¶ Sermo subest rebus quibus inservire tenentur:
qui pueros studijs instituisse parant.

¶ Adolescentibus in ludo litterario positus non tam pla-
cent vera et solida quam ficta et inania. quidam enim
pulchris sermonibus potius quam utilibus delectantur.
et sonora magis quam agenda colunt cupientes potius
foliorū amēitate conspergi: quā fructuū suauitate frui. cri.

¶ Fructibus anteferunt frondes pleriqz caducas
vana quoqz et veris anteferanda parent.

¶ In arbore scienti non rami aut folia sed fructus ipse
petendus est. et non cortex sed nucleus. quia et agricole nō
propter aristas vel paleas sed propter granū agros sem-
nant. ait vgo.

¶ Preferitur folijs in qua libet arbore fructus.
vera qz sunt nugis anteferenda malis.

Studentibus utile est nosse ita esse proponendas verbis sententias: vt proponitur animus corpori. vnde prudentiores potius quam pulchriores debent inquirere sermones: sicut optare debent fideles potius quam formosiores inuenire amicos. aug.

Verbis est sensus: carni mens alma. caduce: prelatu sicto verus amicus erit.

Sententiarum grauitas potius quam verborum copia petenda est. verumtamen si doctor alicubi reperiretur qui non minus verbis elegantibus quam acutis sententijs abundaret: et profiteretur vtrumq; non esset talis doctor despiciendus. ait valerius.

Si grauis in pulchris lateat sententia verbis non foret egregijs despicienda viris.

Doctor q̄ sapiēs et faciūsus est et nō minus pietate et vā sapiētia quā elegātia et vā latinitate discipulis p̄dest: similat arbori fructifere habēti folia florē et fructū. vgo.

Doctor vtrumq; docens doctissimus assimilatur. fructibus arboris et floribus et folijs.

Doctor non sui obstentationem s; discipulorum querat vtilitatem accipiens senece consilium dicentis non te obstentatio cogat sed vtilitas.

Commoda doctores exquirant discipulorum seq; nec obstentent quā documenta docent.

Habet hoc doctrina arrogantium: vt humiliter nesciāt inferre: quę docent. et recta quę sapiunt recte ministrare non valeant. grego in mora.

Que sapit ignorat pueris inferre superbus. quippe docet tumido cuncta supercilio

Superbicum docent quasi in quodam culmine residere videntur eosq; quos docent vt longe infra se positos velut in imis despiciunt. quibus non consulendo loqui: sed dominādo vix dignantur. idem.

Turba suberba docens: veluti dominetur: a luno despiciit. clato gutture canēsa docens.

Sūma cura prouidendū est ne accepta sapientia quū tenebras ignorantie illuminet: lumen humilitatis tollat. et iam sapientia esse nequeat. que et si locutionis virtute fulgeat: dationis tamen velamine cor loquentis obscurat. idem.

Cernimus elatos precepta docere magistros
sed miseri profunt erudiendo parum.

Queramus ergo veram sapientiam. que vere sapiētes nos faciat. sapientia enim huius mundi apud deum stultitia est. ad corinth iij.

Quere facultatem sanctissima queq; docentem.
qui mundana sapit desipit insipiens.

Nil agit mundanę sapientię amor nisi extollere laudibus hominem. et quanto maiora fuerint studia tāto animus arrogantie fastu inflatus maiore tumescit iactantia. ysi. lib. de sumo bono.

Hos mūdana doce doctrina tumescere inani
laudis amor: boni nil misoranda sapit.

Doce litteras sacras que ad salutem instruere valet. erit enim tempus quum sanam doctrinam non sustinebunt: ad fabulas autem conuertentur. ad timo. iij.

Dogmata sacra docet. veniet nam tempus et etas.
cum multi potius carmina ficta legent.

Doctor sanctam ac salubrem disciplinam doceat. nocituram ac pestiferam fugiat. verba enim bone doctrine pueris dulce lactis nutrimentum sunt: verba autem male doctrine tanquā venenum et toxicum. greg.

Exitale docens pueris aconita propinas.
sancta legens prebea pocula lactis eis.

Qui male sedet iniuriam facit cathedre non doctrinā sed pestilentiam seminans et in maledictionem incurres. ait hiero.

Pestiferam scandis doctor: maledicte cathedra
si nocitura doceat: optima despiciens.

De lectionibus qualitate ⁊ quantitate

Cathedra pestilentie est vbi mala doctrina et pestifera docetur. quam cathedram qui ascendunt maledicti sunt. ait nicolaus de lyra.

Tunc maledictus eris cum pessima queqz docendo discipulis doctor: perniciosus obes.

Qui cathedram salutiferam scandunt sunt beati. contrario autem qui pestiferam ascendunt maledicti: vt notatur super illud psalmi beatus qui in cathedra pestilentie non sedit.

Domne salubre doceris doctor: sine fine beatus sed maledictus erit qui eritiale docet.

Leo papa in quadam constitutione sua sic ait. cum omnis etas ab adolescentia prona sit ad malum: et a teneris assuescitur ad bonum: magni sit operis et effectus: statuimus et ordinamus: vt magistri scholarum et preceptores discipulos docere teneantur ea: que ad religionem pertinent. vt sunt precepta diuina. articuli fidei. sacri hymni. psalmi. vite sanctorum ⁊ huiusmodi. diebusqz festis nihil aliud docere possint: quam in rebus ad religionem et bonos mores pertinentibus. discipulosqz illis instruere hortari et cogere in quantum possunt teneatur. nilqz contra bonos mores aut quod ad impietatem inducat eis legere possint.

Turpe vel obscenum prohibet leo papa doceri sanctum precipiens omne piumqz legi.

Queso vt omnibus tibi subiectis dulcedinem regni celestis et amaritudinem gehene annuncies et de eorum salute sollicitus et vigil eristas. quia pro his qui in domo tua sunt rationem deo reddes. quare suade eis: vt fugiant superbiam. detractionem. ebrietatem. fornicationem. iram.

Liber secundus

perurium. mendacium. et que radix omnium malorum est
auaritiam. aug.

¶ Illa docere tuos studeas quibus impia viuere
tarrara: et inueniant splendida regna dei.

¶ Nec passim nec temere inuadenda sunt vniuersa sed
tantum utilia et honesta: que pueris studentibus fructu
bonum utilem et honestum ferre valent. ait seneca.

¶ Non quicquid legas sed honestius vtiliusque
quod tradas pueris inueniatur opus.

¶ Legimus aliqua propter venustatem: alia propter uti-
litatem: alia propter vanitate. tu autem utilitati potius
inferniendum putes cetera omnia pretermittens. idem.

¶ Utilitas cunctis erit anteferenda legenti.
ergo professores utiliora legant.

¶ Professores nil nisi doctissimorum auctorum ediscere
cogant adolescentes. immo ne gramaticas quidem regu-
las nisi compendia quedam breuissima que teneri facili
memoria queat: ne difficultate materie eo desperationis
veniant: vt scholam et litteras aspernentur et fugiant.
ait aldus manutius.

¶ Primus auctor erit tibi quisque legendus et ipsam
artem gramatice sub breuitate legas.

¶ Facito vt paruo compendio et breui oratione multa
complectaris et omnes perplexitatis et proliratis amba-
ges fugias secundum flacci preceptum qui ait. quicquid
preceperis esto breuis.

¶ Esto breuis doctor: quoties precepta docendis
tradis et ambages erudiendo fuge.

¶ Frustra sit per plura quod potest fieri p pauciora. ideo
doctores et magistri nullis ambagibus vsi breui sermone
multa comprehendant: et potius amatores breuitatis: qm
proliratis sint. vgo.

¶ Docet ambages: et sit breuitatis amator:
ac breuibus ducat quos docet ille vsus.

Consuetudo cincti erat magne pere laudabilis: qui do-
cendo et precepta tradendo mira utebatur breuitate; nec
vllis utebatur ambagibus. ait dioge.

Mos cincti laudandus erat collecta docentis
omnia discipulos sub breuitate suos.

Preterea in lectione demonstrari oportet: vt sciat dis-
cipulus: vbi suspendere spiritum debeat. quo loco versus
distingere. vbi claudatur se huius. vnde incipiat. quando at-
tollenda vel summittenda sit vox quid lenius celerius con-
citatus vedicendum sit. ait quintilianus.

Evoceat doctor: quocumque e discere oportet
discipulos quos se ritere docere parat.

Liber tertius.

De discipulis.



Discipulus: dicitur a disco quia disciplinam dis-
cit: et doctrinam ab aliquo doctore capessit.
ait pedianus.

Discipulus viscit disciplineque capessit
munus: et inde suum nomen habere patet:

Discipulus qui ad discendum venit: ceruicem discipuli-
ne iugo subdat: et non modo ferulam sed etiam scuticam
patienter ferat. ait seneca.

Turba docenda manum ferule subducatur amare:
atque magistrorum verbera dura ferat.

Si me posses docere que nescio: non solum te verbis
obiurgantem: sed et pugnis cedentem debebam patientis-
sime sustinere. ait aug.

Qui docet obiurgans verbis vel verbera cedens
e quo discipulis corde ferendus erit.

Discipulus non tam formidine pene quam sciendi cu-
piditate et virtutis amore se litterarum studijs applicet. sic
etenim preceptorum erit charior: et dono sapientie dignior.
solon.

Te virtutis amor: sapientieque immensa cupido
prouocat et studijs applicet egregijs.

Socrates hoc primum venientibus ad se discipulis dabit preceptum. ut videlicet ultro et sua ipsi sponte agerēt quod alij metu ac timore cogerentur facere. Dioge.

Qui virtute facit: quod cetera turba timore:
Socraticum monitum consiliūq; capit.

Equus qui sine calcaribus vias ingreditur et velociter currit: est nobilior: et discipulus qui sine ferula et flagello discit amabilior. ait Diogenes.

Qui sine verberibus doctrinam sponte capeſſit
discipuli: gregis assimilantur equis.

Discipuli horis constitutis quotidie in scholā veniāt: et omnes lectiones sine intermissione audiant: et ante finem lectionum non egrediantur. vgo.

Gymnasio assiduus veniat quicūq; doceri optat et extremus semper abire paret.

Nec nobis precipere atalū memini cū eius scholā obſideremus. ut primi venirem⁹: et exirem⁹ uouissimi. ait Seneca.

Gymnasio egrediens quicūq; nouissimus exit et parat ingrediens primus adire: capit.

Non sit autem scholaris discolus. dicitur enim discolus quasi a schola diuisus. schola enim grece vacatio latine interpretatur. vel honestum litterarum exercitium. unde discolus q̄si a vocatione alien⁹ vel diuisus. vel ociosus. boe.

Necia nullus amet nec discolus vrbe vagetur
gymnasis solers sed vacet ille suis.

Studiosā iuuentutem pudicā esse oportet potu et cibo temperatam. voluptatis et vanitatis illecebris alienam. ait Diogenes.

Omne voluptatis studium curāq; relinquit
morum discurrat nobiliorē via.

Et optimorum studiorum fructum capias laborans vigila. et que adhuc ignoras discito: que autem scis doceto. quia [ut ait Seneca] quum alios doces te ipsum doces.

Quando doces hebetes precepta docendo doceris
quando docere negas: tum rudis ipse manes.

Discipulis quoque conducibile est interdum cum sociis disputare: et ex lectione quotidiana egregias super cenā questiones proponere. vgo.

Disputet et socios interroget ingeniosus
questio ponatur discutienda bonis.

Subtilis ingenio subtiliter inuestiget. rudis vero et hebes ritas et magis vsitatas facilioresque decerpens perceptiones pondus subeat quod ferre valeat. vgo.

Sublime ingenium scandat sublimia. tardum
pondera suscipiat que bene ferre valet.

Quidam sapientie dignitatem et vtilitatem minime agnoscunt in eius acquisitione anxie non laborant. et ideo ad eius cognitionem non perueniunt. idē.

Segnius alia parant multi precepta. sed illi
ignorant quantum nobilitatis habent

Quidam in accademiam veniunt: non ut adiscant: sed ut audiant. ait diogenes.

Quidam gymnasiis veniunt audire magistros
non tamen exoptant erudientur eis

Facito ne te aut negligentie aut impudentie aut petulantie aut crapule aut inurbanitatis aut imobedientie. aut ingratitude aut cuiuscumque vitij vel flagitij doctor iure arguat. vgo.

Efficere preterea ne te vitiosa sequentem
doctor amans recti iure redarguerit.

Discipulus qui per ignaviam se cordiam et negligentiam se studio subtrahit et ociosus vel vitiosus discere nil curat: quoniam sibi et preceptorum noceat: continuo de gymnasio est proijciendus. ait anaxagoras.

Proijciatur iners qui scire salubria demens
anegat. et dormit nocte dieque piger.

Qui recusat discere diaboli membrum est. c. nullus. xxxviii. di. ubi dicitur. discere aut agere bona recusans magis diaboli quam christi membrum esse ostenditur.

Discere quisquis amat membrum est regis olympi
qui fugit id: membrum demonis esse patet.

Liber tertius.

Discipulus qui discere cupit : preceptorem amet et ei obediatur et gratus semper existat. vgo.

Gratius amare suū student quicūq; magistrum et parere velit rite docendus est.

Discipulus qui dura ceruice et animi tumoresitate preceptori non obedit: de gūnasio tanquam indignus scientia pellatur. abusus est enim parentibus et preceptoribus non obedire. ait boetius.

Qui parere negat genitoribus atq; magistris. in scelus incurrens insipienter agit.

Melius est obedire deo quā hominibus. et ip̄is melius magistris quam discipulis. porro autē in magistris melius nostris: quam extraneis. quibus autem melius constat obedire: ip̄is proculdubio non obedire est detestabilis. ber. eplā. cxij.

Nos decet imprimis sumo parere tonanti tum precepta viris qui et documenta docent.

Discipulus non debet esse supra magistrum: nec debet detrudere ei. discipulo enī detractore et ingrato nihil potest esse detestabilis. boe.

Discipulo ingrato seu detractore videmus turpius in terris veteriusq; nihil.

Esto preceptori tuo gratus et obediens et discere bonas artes et studijs scientiarum te vehemēter applica. valerius.

Disce bonas artes studijsq; incumbere sciendi. et preceptori gratus vbiq; faue.

Discipuli in ip̄os scholarium cetus. lecti et alacres conueniant: et emendati non irascantur: laudati gaudeant: et sic in studio vt sint charissimi merebuntur. ait fabius.

Laudati exultent emendatiq; furore abstineant: equo cuncta ferant animo.

Discipuli preceptis sapientiē imbuāt animos. qm̄ sine doctrina vita est quasi mortis imago. ait ph̄s.

Imbue preceptis animum nec discere cesses vita est indoctis mortis imago viris.

Qui scientiarum studia despicit imprudens est: et qui curat discere incidet in malum. prouer. xvij.

Qui disciplinam contemnens discere non vult
inueniet demens exitiale malum.

Satis imprudenter agit qui studijs bonarum artium vacare/cum possit/negligit. ait diogenes.

Imprudenter agit studijs qui negligit alnis
seruire: et segnes occia semper amat.

Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite. psalmo. xcij.

Quisquis es in populo inspiens intellige. et omnia
qui fuerit stultus discat vti sapiat.

Qui ignorantiam/que omnia causa mali est: sapientie/
que est omnium bonorum mater/anteponunt: similes sunt
noctuis et vespertilionibus. qui lucem odio habent: tenebris delectantur. boetius.

Noctua solem odit cecis gausa tenebris
discere qui non vult assimilatur ei.

Discendum esse.



Que ignoras: non erubescas ab alijs discere
et que tibi ignota sunt: satagas studio cognoscere. ait phis.

Omne quod ignoras studio cognoscere cures.
a sapiente rudis discere nec erubescas.

Scire et multa studio cognoscere laus est: turpe nihil
velle doceri. ait anaximander.

Quisquis nosse cupit studio cognoscere multa:
nimirum insigni laude ferendus erit.

Quilibet in tenera etate discat: et studijs bonarum artium
incumbat: vt postea in senectute gaudeat. ait iustinus.

Artibus ingenis etate incumbere tenella:
vt tibi contingat docta senecta feni.

Pulchrius nihil est quam senectutem varijs adolescentie
studijs ornatam contemplari. ait pythagoras.

Pulchra senectutis cum sit doctrina supellex:
conemur studijs inueniamus eam.

Adolescentia viaticum senectutis doctrinam et sapiē-
tiam parat. quatenus ea sola est certa veraq; possessio.
ait menander.

Certa parent pueri iuuenesq; vtiatice cano.
doctrinam iuuenū grande decusq; sanum.

Debent homines viaticum senectutis litterarum eru-
ditione parare: ne insipienti animo deficiant. seneca in
prouer. phoz.

Quisq; senectutis parat ipa viatica discens
hec quibus ille animum fulciat inuallidum.

Et corpus baculo sic animus sapientia sustentatur. se-
cundum senecam qui ait litteras/tanquam baculū infirmo
corpore/animi sustentaculum esse repertas.

Corpus vti infirmum baculus sustentat eodem
disciplinam modo fulciat alens animam.

Non minus pium est docere animum sapientiam: quā
escam corpore prebere. inimo quanto anima corpore p-
stantior est: tanto anime pascua prestantiora. zeno.

Pascua sunt anime multo meliora: caducis
quam que largimur fercula corporibus.

Mius est enim verbi pabulo victurā in perpetuo mē-
tem reficere quam vētre mōriture carnis terreno pane
faciare. greg. in home.

Rectius est animas faciare perēnibus escis:
quam corpus fluidis exaturare cibis.

Pascere corpus exurientis laudabile est: sed exurientē
pascere animam multo laudabilius multoq; prestantius.
ait solon.

Corporis quisquis alit laudatur. at ille meretur
maiozem laudem qui bene pectus alit.

Indoctorum animas inopes ieiunias famelicas et mi-
seras asseruit plato. ait tullius.

Mens indoctorum ieiuna famelica pauper.
et nulla infelice anxietate caret.

Maior et miserabilior egestas non est: quam egere

Discendum esse.

sapientia. qui sapiētia non eget nulla alia re egere potest
quū veris diuitiis et delicijs abundet. xeno.

¶ Stultus egestati miserum se subdit amare.
veras diuitias ipse disertus habet

¶ Nihil aliud est animi egestas nisi insipientia. qui sapiētia non eget vere diues est: et nulla alia re egere potest.
ait phus.

¶ Mentis egestatem subierunt insipientes
thesuros et opes cunctaq; votus habet.

¶ Qui studio sciētiarum caret se claro et excellenti bono
carere non dubitet. ait panecius.

¶ Qui discipline studijs caret in scijs alme
is caret ceterijs egregijsq; bonis.

¶ Multos incuria et negligentia a studijs scientiarum
auertit. ait iustinus.

¶ Doct sine studijs auertit inertia multos
et pleriq; rudes hinc hebetesq; manent.

¶ Inertia et negligentia studijs scientiaz maximopere
aduersatur et nocet. quinti.

¶ Desidia ingenijs nocet inuidiosa seueritas
et dānum studijs perniciosq; parat.

¶ Tria sunt que studijs legentium precipue obesse solēt.
s. negligentia imprudentia fortuna negligentia est quādo
ea que discenda sunt vel prolixius negligimus vel minus
studiose discimus. imprudentia est quando congruum or-
dinem in his que discimus nō seruamus. fortuna est quādo
paupertate vel infirmitate et huiusmodi a proposito
nostro retrahimur. vgo.

¶ Tempa docendorum studijs contraria doctis
sunt tria que multis inuidiosa nocent

¶ Quid quod ex tanta discendum turba/ quorum multū
ingenio pollent et exercitatione vigent/ tam pauci repe-
riantur quibus ad scientie cognitionem peruenire con-
tingat? sciendum quod is qui sine ordine et discre-

tionem operatur: laborat quidem sed non proficit. et quasi aerem verberans vires in ventum fundit. vgo.

¶ Quid sit in cunctis pariter discretio rebus,
his enim agenda tibi cuncta duobus egent.

¶ Tria sunt studentibus necessaria. scilicet natura. exercitium. disciplina. in natura consideratur memoriae et ingenij bonitas. in exercitiatione. ut labore et assiduitate ac diligentia naturalem sensum velit excolere. in disciplina. ut laudabiliter viuens mores cum sapientia componat id est:

¶ Sunt tria que faciunt hominem doctum atq; beatum
disciplina. labor. nobile et ingenium.

¶ Bone indolis adolescentes non se inertie somnoq; dedant: sed labori subiciantur honesto. et studia litterarum et pariter mores laudabiliores capiant. ait augustinus tacen.

¶ Non pigeat iuvenes pulchro indulgere labori
morbis et pariter litterulisq; vacent.

¶ Studia sine moribus parum prodesse omnis philosophorum schola testatur. ideo docendi pueri utrumq; pariter capessere satagant. ait diogenes.

¶ Si precepta parum sine moribus erudiendis
proficiunt: discipulus discat utrumq; libens.

¶ Has litteras et ea precepta discant adolescentes quibus moribus imbuantur honestis: et quibus bene beateq; viuant. ait panetius.

¶ Que precepta docent bene viuere: discito. mores
que tibi preclaros egregiosq; ferant.

¶ Sedulo monendi sunt pueri ut humilitate inducti christiani disciplinam ediscant non continere: quos morum vitia cognoscunt. aug.

¶ Dogmata despiciat nemo diuina sed illis
ut decet inuigilans nocte dieq; vacet.

¶ Quidam poetica figmenta et sonoras nugas potius quam graves sententias adiscunt. ait gregorius.

¶ Sana poetarum nonnulla carmina pleno
ore canunt sensus despiciendo graues.

Discendum esse.

226

38

Poetica facultas quibusdam vere philosophantibus odiosa fuit. quia dum deorum hominūq; adulteria et vitia describit: bonis moribus nocuum affert. ideo poetas a bonis ciuitatibus abigendos censuit plato. vt testatur aug. lib. de ciuitate dei.

Moribus officium vates lasciuia canentes. inde repellendos censuit vrbe plaro.

Vtilioribus studijs ingenium applicemus et discamus in terris quorum scientia nobis perseueret in celis. ait hiero. in epistolis.

Ingenium studijs melioribus applicet oris qui sapere et cunctis doctior esse cupit.

Ad bonas artes feruens incumbere ob temporis angustiam ac celeritatem. etenim peritia illustrat: imperitia fedat. periti illustres: imperiti obscuro et ignobiles habentur. phis.

Tempora pretereunt velociter. artibus ergo feruens incumbas ingeniose bonis.

Peritia parit homini decus et nobilitatem: imperitia dedecus et ignominiam. ait hugo.

Disciplinā decus parit et venerabile nomen sed miser ignarus dedecus dñe tenet.

Ere imprudentes sunt qui disciplinam et p̄cepta sapientie contēnentes terrenas querunt diuitias et delicias inquit plato.

Imprudenter agit qui te sapientia demens despicit: et miseram laudat auariciam.

Non decet veris vana: solidis inania: p̄petuis caduca anteponamus. hermo.

Non decet anteferas quod cernis inane caducū fixis et veris perpetuis solidis.

Diuitie salutis sciētia et sapētia: et timor dei ip̄e est optimus thesaurus. esa. xxxij.

Sancta saluiferas dat opes doctrina biferas si venis exelsti iuncta timore dei.

Liber tertius.

Sapientia omnia bona parat hominibus. et ideo qui eam non concupiscit: demens et stultus est. menander.

In finita parat sapientia comoda doctis.
optat eam sapiens despicit insipiens.

Cum sapientia infinita comoda parat hominibus: non immerito tot philosophi et tot viri clarissimi ad eam inquirendam excolendamque non mediocriter elaborarunt. ait dio.

Et petere graui multi doctrina labore
grandis cum doctis emolumenta pares.

Incredibile est quanto desiderio sapientia a veteribus peteretur. philosophi enim in tota vita sua nihil aliud que-
sierunt. in eius acquisitione vehementer elaborarunt. frigus et famem sustinuerunt. omnia mundana pro amore scientie contempserunt. ait lactantius.

Quo veteres sapientiam multos subire labores
sustinere sicim frigora multas famem.

Magno et excellenti ingenio viri quam se doctrine studijs penitus tradidissent: quicquid laboris poterat impedire contemptis omnibus publicis et priuatis actionibus ad inquirende veritatis studium se contulerunt. existimantes multo esse preclarius diuinarum humanarumque rerum inuestigare ac scire rationem: quam instruendis opibus aut cumulandis honoribus inherere. quibus rebus quoniam fragiles terreneque sunt: et ad solius corporis pertinent cultum: nemo melior effici potest. idem.

In finitus amor doctrine allicit habende
philosophos studijs vt sequerentur eam

Post quintilianiacum: frontonis grauitatem: ciceronis fluuios: pliniique lenitatem alphabetum grecum et hebraicum didicit. stridentia et anhelantia verba meditari.

cepi. quid tibi laboris assumpserim: quid sustinuerim difficultatis: quotiens desperauerim: et contentione cupiditateq; dicendi perfliterim: testis est conscientia mea qui passus sum: et eorum qui mecum vitam duxerunt. nunc gratias ago deo qui ex amaro semine dulces capio fructus. ait hiero.

¶ Multa labore grati vididit. nunc dulcis amaro fructus habundanter semine percipitur

¶ Plato non contentus disciplinis quas prestare poterant athenensium non pithagoreorum ad quos in italiam peruenerat: egypti quoq; sacerdotes et manphiticos vates adiit: ac eorū disciplinas diligenter perdidicit. ait quinti.

¶ Omnia athenarum sapientia parua platonī. inde petit latium niliscūq; locum.

¶ Demosthenes. cum expletis centum et septem annis moreretur dixisse fertur: se dolere q; tunc de vita egrederetur cum sapere inciperet. ait diogenes.

¶ Morie dolens senior doctissimus inquit amaras bei mihi nunc morio: cum sapere inciperem

¶ Discendi cupiditatem propter optimam viuendi normam in octauum et septuagissimum etatis annum duxi memoriuiliani dicentis si alterum pedem in sepulchro habere adhuc discere quidem vellem. ait pomponius.

¶ Ille licet tumulo vestigia primateneret affectaret adhuc discere plura senex.

¶ Eundem finem esse discendi et viuendi asseruit plato. ait seneca in prouerbijis phorum.

¶ Discendi finem viuendiq; omnibus vnum vir grauis et doctus asserit ipse plato.

¶ Tam diu discendum est: quam diu ignores. vel si prouerbio credimus: quam diu viuas. ait seneca epistola. lxxvij.

¶ Discere dum nescis: dumq; ignorabis oportet. immo dum viuat: discere quemq; deceat.

Quid discendum quod opus est nulla etas sera videri debet. quod et si senes magis decet docere quam discere: magis tamen eos discere quam ignorare decet. aug. lib. de ciuitate dei.

Nulla ad discendum tibi sera videbitur etas
adiscam que olim non didicere senes.

Senes que ignorant discere non curant putantes sibi turpe esse adiscere: cū sit turpius eos ignorare. ait seneca.

Disce pudore sener misso. nam turpius esset:
si ignarus cuperes insipientesq; mori.

Longe melius est senem adiscere quā ignorare. turpis enim est ignorantia in senibus ideo dicit ysi. nunquam sera ad bonos mores via.

Ignorare senes sibi turpe est vedecus atq;
discere que ignorant: ceperit esse decus.

Quid autem stultius quam quia olim non didiceris: nō velle adiscere. omnis etatis homines sapientie schola ad mitti. seneca epistola. lxxvij.

Quod nihil euidicit senior: puerilibus ollum
anis: insipiens appetit inde mori.

Discamus ergo que nescimus. et in hoc senescamus. et in hoc iuuenes imitemur. pulchrum est enim scire: turpe ignorare. ait diogenes.

Non pudeat studijs quencūq; senescere doctis
nescire opprobrium est: scireq; grande decus.

In hoc nō erubescant senes iuuenes imitari. sicut enī non erubescant cū iuuenibus ire in balneum vel in theatrum: sic non erubescant ire ad phōs. seneca.

Non pudet ire senes spectacula balnea ludoe
ergo socrati eam cur pudet ire domum.

Eruditio omnibus mortalibus et omni etati est honor. ignorantia vero vbiq; turpis est. ait menander.

Te veneranda petant iuuenes doctrina senesq;
quippe honor etatis splendidus omnis eris.

Nil turpi⁹ senectuti quā insipientia et nil pulchri⁹ qn

sapientia. Ideo dicit esa. quā speciosa veteranis sapientia.

Disciplina seni pulcherrima. sed veteranis
decens ignavis inspidisq; graue.

Sustineant in audiendo verecūdiam: qui in faciendo
salubrem cupiunt habere disciplinam. ait vgo in summa
disciplinā

Qui disciplinam rudis optat habere salubri
audiat edoctos absq; pudore viros.

Ego iam senex sexagenarius et eps tot ānorū apue-
ro aniculo paratus sum doceri. ait. aug. lib. de moribus
ecclēsie.

Non pūdet a puero precepta capessere docto
si que ignoro valet rite docere puer.

Discendum est a minorib⁹ sine verecūdia: et a ma: o-
ribus sine rubore. xxiij. q. iij. c. si hebes.

Absq; pudore rudes precepta quibusq; capessāt
quū maiore queant atq; minore vari.

Ab ōnibus libenter discere quod nescis. quia ōnibus
sapientior eris: si ab ōnibus discere volueris. qui autem
ab ōnibus accipiunt ōnibus ditiores sunt. ait crisippus.

Doctior est cunctis qui discit ab ōnibus: et qui
multis multa capit munera diues erit.

Prudens auditor ōnes libenter audit. ōnia legit. non
scripturam non personam non doctrinā spernit. ab om-
nibus indifferenter quod sibi deesse videt accipit. et nō
quantum sciat: sed quantum ignorat: considerat. vgo.

Prudens cuncta legit: cunctis cupit ille doceri
vūq; rudis nescit discere semper amat.

Non ōnis qui ignorat immunis est a pena: sed qui
precepta sapientie discere non potuit. c. ōnis. di. xxxvij.

Non subit ignarus penas quicūq; scueras
sed qui desidia discere non voluit.

Non excusatur a pena qui disciplinam et precepta sa-
pientie per desidia discere neglexit. di. xxxvij. c. ōnis.

Non excusantur restes qui scire recusant
quiq; mala noqueunt discere segnitie.

Animū non imputatur ad reatum quod naturaliter

scire non potuit: sed quod scire non studuit: et quod facul-
tati comparandę operam non dedit. ait aug.

¶ Si tibi doctrinam penitus natura negavit
inde rudem excusat nec putat esse reum

¶ Ignorans potest excusari a pena: qui quod disceret nō
inuenit. illis autem ignosci nō poterit: qui habentes a quo
discerent: operam non dederunt. c. omnis. di. xxxvij.

¶ Discere qui potuit sed desidiosus inersq;
neglexit: pena dignior ille gravi.

¶ Qui se diligit stultum: non proficiet ad sapientiam. ait
aug. lib. de ciuitate dei.

¶ Qui nescire cupit potius quam scire manebit
stultus hebesq; rudis ceculus insipiens.

¶ Labora igitur et vigila et discurrat animus tuus per
multa sapientię precepta. et que legeris: memorię manda.
ait diogenes.

¶ Mens tua discurrat per dogmata clara reponens
qui legit in memorię pectore fixa suo.

¶ Qui ad pborum scholas quotidie veniunt quotidie se-
cum aliquid ferat: quod in animo fideliter sedeat. ait sene.

¶ Gymnasium quotiens intraueris inde referto
que sedeant animo et pectore firma tuo.

¶ Que legis memorię manda: et interdum id ipsum de ve-
tre memorię ad palatū et os reuocare necesse est: ne longa
intermissione aboleat obliuioniq; tradatur. ait diogenes

¶ que legis in memorię memo: alto corde repono
atq; tuo cauens pectore lecta cadant

¶ Non prodest cibus ne corpori salubris accidit: si simul
ac sumitur: euomitur. similiter que leguntur: parū profunt
si memorię non commendantur. ait seneca.

¶ Ill cibus emittus subito prodesse putatur.
pectore ni teneas nil quoq; lecta valent.

¶ Non pigeat ad percipiendum disciplinam audiendi le-
gendiq; paciētiā accommodare: et omne laboris onus per

ferre. sine q̄ nulla sapiētie cognitio acquiritur. ait lactati⁹

¶ Non pigeat magnum studijs adhibere laborem
absqz labore: mibi credite: nemo sapit.

¶ Sine studio cura vigilijs et diligētia nemo vnquam sapientiam potuit acquirere. ait lactantius.

¶ Nemo facultatem perceperit absqz labore
desidijs indoctum permanet inde caput.

¶ Semper statui neminem sapientie laudem sine studio
cura et labore consequi posse. ait tullius lib. de oratore.

¶ Quis laudem acquirat nisi se bene dedit honestis
doctrinae studijs atqz labore et eis.

¶ Non sine multis et varijs laboribus ad optatum peruenitur sine. et sine his laudē ad iueniet nemo. ait crisipp⁹.

¶ Quisquis ad optatum finem cum laude venire
appetit assiduo colla labore tomet.

¶ Vigilanti et laboranti prospere omnia succedūt. ideo dicit iustin⁹. nihil est quod studio et diligētia fieri nō possit.

¶ Cuncta laboranti succedunt prospera. contra
tristia proneniunt omnia desidibus.

¶ Prima sapientie elementa principio videntur amara: post vero dulcia: et ex amara radice dulcem produciunt fructum. et non est dignus dulcedine fructus qui radicis amaritudinem non gustauit. seneca.

¶ Qui capit ergo frui sapidi dulcedine fructus
gustet amara prius colla labore premens.

¶ Ante omnia grammatice precepta discenda sunt. per eam namqz studiorum omnium et liberalium artium possessio iocunda reditur. ait quintilianus.

¶ Grammatice precepta prius discamus ad alias
vt disciplinas perueniamus eis.

De grammatica

Grammatica [vt quintilianus et pleriqz alij scribūt] est recte loquendi recteqz scribendi sciētia: ex doctissimozū virozum vsu atqz auctoritate collecta.

¶ Scribere grammatice recte facit atqz latino
nos sermone docet congrua verba loqui.

Grammatica/que est recte loquendi scientia / non habitu conclusionis per demonstrationem acquisita : sed consuetudine que est optima loquendi magistra constat. que ars tenuis a fonte sumptis poetarum historicozque viribus pleno iam satis alued fuit. que preter loquendi recte rationem non parum alioquin copiosam ppe onium maximarum artium scientiam amplexa sit. ait fabius.

¶ fonte suo tenuis paulatim crevit et amplius se fudit spacijs donibus: aucta suis.

Grammatice partes sunt duę: ratio loquendi et enarratio auctorum. quarum illam methodicem siue horisticem hanc vero historicem siue exegeticem vocant. qm̄ tota gramatica consistit precipue intellectu poetarum scriptozum et historiariu prompta expositione et recte loquendi scientia. aiunt quintilianus et diomedes.

¶ Grammatice species in cunctis gramaticozum codicibus solum legimus esse duas.

Grammatica igitur nostra quidem sententia in duas dividitur partes. in methodicem et historicem. methodice est que preceptis constat. historice vero oratorum historicoz et poetarum amplectitur narrationem. ait probus.

¶ Disciplina duas habet in cetera gramaticozum partes. methodicem historiceque vocat.

Methodices partes sunt orthographia. prosodia. etymologia. syntaxis. orthographia tractat de litteris. prosodia de syllabis. etymologia de dictionibus syntaxis de oratione siue constructione. alij dicunt qd methodice partes sunt tres locutio scriptura et pronuntiatio. debet enim gramaticus recte scribere et loqui ac latine pronuntiare. ait phocas.

¶ Sunt quoque methodice scriptura locutio partes hinc recte scribit rectius et loquitur.

Grammatica est scientia recte scribendi loquendi et cognoscendi quod profertur. et ideo turpe est eum qui se grammaticus profiteretur si barbaramente loquatur: aut inepte scribat vel indebite partes pronunciet. ait phis. vi. topicorum.

Scribere grammaticum recte docet atque latine profertur: et pariter congrua verba loqui.

Totum artis grammaticæ negocium in duobus maxime consistit. scilicet in recte loquendi et recte scribendi ratione. regulas autem recte loquendi continent prosodia. et himologia. syntaxis. recte vero scribendi eamquam greci orthographiam vocant. a qua grammatica ipsa nomen sumpsit. prif.

Omnia grammatici labor et quoque cura duobus recte scribendo siue loquendo fuit.

Grammatica dicitur a grammatis grece quod est a literis latine. ut sit grammatica scientia vel ars litteraria. ait quintilianus.

Grammatica a greco deducta est grammate: et omnes grecas et latinas nos docet illa notes.

Grammatica est ars litteraria que in emendate loquendo scribendoque consistit. ut littere suas custodiant voces: et velut depositus legentibus reddant. ait dioniscus nanus.

Artem grammaticæ consistere crede duobus. scribere nam docet et verba latina loqui.

Grammatica dicitur litteralis scientia: non solum quia de grecis et latinis litteris tractat: sed etiam ab effectu: quia hominem litteratum efficit. grammaticus enim litteratus interpretatur. phis.

Grammatica ipsa notas docet efficiensque peritos. hos quos preceptis instituisse parat.

Grammatica docet recte scribere. recte construere. recte pronunciare. et recte loqui. hec enim omnia pertinent ad perfectionem huius artis. ait probus.

Grammaticus scribit recte. pronunciat apte. preterea docet construere et loquitur.

Grammatica ipsa quintiliano teste necessaria est pueris: iucunda senibus: dulcis secretorum comes: et que vel sola plus habet operis quam ostentationis.

Dulcis est pueris senibus iucunda disertis plus reuincens operis quam quod in ore fert.

Qui clarissimis altissimarum doctrinarum studiis fulgere cupiunt institutionibus grammatice indigent. ait vale.

Qui fulgere cupit studiis sublimibus eadem arte palemonia rite docendus eget.

Altis nititur radicibus quisquis bonis grammatice fundamentis ingenium suum stabilivit. ait scaurus.

Qui bene grammaticam didicit radicibus altis nititur: ideo firmior ille manet.

Grammatica possessio nobilis est. a qua velut a fonte nobis omnia bona fluxerunt. et que nisi oratoris futuri fundamenta fideliter iecerit: quicquid super struxeris corruet. ait fabius.

Hec homini cum sit possessio nobilis hortorum fundamenta rudes hic bene firma locent.

Cum grammatica ad alias disciplinas prebeat ascensum: et sine ea ad nullam disciplinarum ascendatur: oportet quod hic firmius locemus fundamentum. ne ea que super struxerimus corruant. prif.

Prima facultatis firmissima grammaticorum. fundamenta rudes arte librisque locent.

Libros qui de grammatica loquuntur legat prius quis cumque ad alta scientiarum fastigia feliciter ascendere cupit. ait valerius.

Disce prius libros doctique palemonis artem qui doctrinarum culmen adire paras.

Grammatica est scientia congrue recteque loquendi et scribendi: vna de septem artibus liberalibus: origo ianua et fundamentum omnium scientiarum. porphirius.

Hec doctrinarum via preuia ianua et omnium discipline aditus fit per eam facilis.

Qui inter doctos haberi et numerari cupit: primum grammatice preceptis imbuat animum, nec ignoret quod si huius discipline ratio penitus percepta sit facillimum ad alias disciplinas aditum ostendet. idem.

Grammaticis animum preceptis imbuat inter doctos qui doctum se numerare cupit.

Nemo unquam inter doctos connumerari potuit: qui non magnam huic discipline curam impenderit. ait tortellius.

Nemo inter doctos numeratur qui rudimenta grammaticae meminisse videlicet parum.

Nisi equo longior essem complura possem in medium afferre exempla: quibus facile cognosceretur: quot ex huiusmodi artis negligentia in poetis oratoribus et historicis quotidie errores insurgunt. quot in iure civili medicinaeque arte et ceteris facultatibus interpretationes ineptissimae singulis afferuntur diebus. quot obscurissima ex eius ignorantia sepius videntur: quae alias lucida et perspicua intelligi potuissent. idem.

Quis sine grammatica penetrare volumina librorum disciplinarum cecus hebetque valet.

Oratorum poetarum historicorum philosophorum atque summorum theologorum in volumina hinc nobis non intellecta manent. quia videlicet prima grammaticae rudimenta et elementa male percipimus. ait valerius probus.

Multa manent libris minus intellecta legenti. quisquis grammatica scivit in arte parum.

Grammatica nobis legenda est: ut per eam sacram scripturam et omnes artes liberales intelligamus. c. si quis. di. xxxvij

Sacrae scripturae omnesque intelligit artes grammaticas novit qui rudimenta prius.

Grammaticae artis noticia nobis aliarum sciendarum noticiam dat. sunt enim huius artis precepta veluti quidam gradus quibus studiosi ad alta doctrinarum fastigia scan-

dunt: et optimorum studiorum fructum capiunt. ait probus

¶ Ad doctrinarum venies fastigia: post quam
grammatica fueris doctus in arte nimis.

¶ Grammatica ingenium acuit: intellectum illuminat: et oculos rudiunt aperit ad intelligendum scripturas. ade quod ad meliores usus sumpta anime salutem non infert detrimentum ut dicit tertius in. c. si quis. di. xxxvi.

¶ Quisquis grammaticam ad meliores percipit usus
menti ferre potest emolumenta sue.

¶ Non sunt autem audiendi qui grammaticam minus utilem ingenijs splendidis arbitrantur. quum ex omnibus ingenijs artibus quas libero homine dignas sapientes iudicant. hec prima verillifera et veluti princeps antecel-
lat. ait cornutus.

¶ Qui putat indignam ingenijs sublinibus artem
hanc. est imprudens et rude pectus habet

¶ Grammaticas institutiones et preceptiones/ quas nobis nimis necessarias cognoscimus/ non contemere sed amare debemus. ait probus.

¶ Grammaticos canones clementiaque prima docendis
nullis esse viris despicienda putes.

¶ Non sunt contemenda quasi parua ea sine quibus magna constare non possunt. ait hiero. epistola. lxxxix.

¶ Non ea parua putes quibus et maiora remotis
ingenti lapsu precipitiq; cadunt.

¶ Quis scientie et artis studium qui contemnit aut vituperat: haud sane intelligo quid nam sit quod amandum vel laudandum putet. ait valerius.

¶ Qui nec amat studium nec laudat grammaticorum
quid dignum egregia nescio laude putet.

¶ Magnus adolescentium numerus discipline causa con-
fluebat ad huius artis professores: qui olim in ea precellue-
runt. et non solum plebeos pueros sed quoque senatorum

et regum filios erudiebant. idem.

Grammaticam celebres olim docere magistri
ad quos magna virum turba docenda fuit.

Fuerunt sane inter ipsos grāmaticos viri doctissimi. ut ignius multi nominis romē grammaticus. quem macrobius omnibus qui sint aut fuerint magna audacia preponere non dubitauit. anthonius empho cuius scholam cicerō post laborem fori frequentabat. nigidius figulus quē gelius arbitratur iuxta marcum varronem omnium doctissimum. valerius probus sua etate scientia prestantissimus cornutus. anneus. caselius. terentius. scaurus. pretereo minus antiquos. ut donatum. seruium. diomedes. priscianum. victorinū. et plures alios viros non minus rhetores et phos quam grammaticos. ait tortellius.

Inter grāmaticos quis nesciat esse peritos
multos: qui famam grandeq; nomen habent

Illos celebres artis grāmaticę professores facile trāseo. venio ad alios. fauorinus grauis phus de grāmatica multa eruditione sepe diserebat: et ante eum aristoteles et theodotes de hac facultate ac cura et diligentia plura scripsere porphirius etiam erimius philosophus in hornerum comentaria edidit: que vsq; in hec tempora durant. et in quibus non solum poete sensum et vocabula queq; explanat: sed et minutissimas grāmaticę questiones absoluit. quid de marco varrone dicem? qui subtiles in hac arte questiones magno volumine contrectauit. quid de c. basso ducenobilissimo et scientia prestantissimo nisi laudes dicere possum: et tamē plures libros de origine vocabulorum multa cum laude scripsit. pretereo .c. cesares qui de analogia libros scriptos reliquit. plinius etiam sua

Liber quartus.

etate omnium doctissimus se de grammatica libros scripsit se gloriatur. cuius dicta priscianus sepe inducit. cicero quoque quem lingue nostre principem appellant / huius artis diligentissimus et studiosissimus fuit. ait tortellius.

Grammaticam tractare viros et amare videmus magnos. illustres. docti loquosque graues.

Non solum oratores et philosophi sed etiam summi duces hanc facultatem amantes et comendantes necessariam iudicarunt. ait idem.

Non solum oratores philosophique periti sed quoque grammatice excolere duces

Grammaticorum ergo studium / quod vtile et honestum tot viri clarissimi testantur / ament viri studiosi ut in alijs disciplinis excellant: et optimum scientiarum fructum capiunt. ait valerius.

Grammatice studio doctrinam adiscimus omnem. ergo amet atque colat vir studiosus eam.

Liber quartus. De studio et studiosis.



Studium a studendo dicitur. et est vehemens animi applicatio ad aliquid agendum. hinc boetius ait. studium importat vehementem animi applicationem ad aliquid: precipue ad scientie cognitionem.

Exerceat studium qui se vehementer habende doctrine bonis tradit amabilibus.

Studium dicitur a studeo quod est in cubo vel operando. studiositas est virtus cuius principalis materia est cognitio. et studiosi sunt qui studio scientiam acquirunt. theo. super boetium.

A studeo studium deductum. vir studiosus ille est qui studet et multa labore capit.

Adulta sciunt et cognoscunt qui se disciplinarum stu-

dijs tradiderunt. ait seneca libro de septem artibus libe.

Cadulta quidem sapiunt et cognoscunt studiosi
qui se doctrinis applicare bonis.

Per studiū sapientiē diuina et humana cognoscunt, et
sine eo homo est quasi cecus vel [vt ait seneca] quasi pecus.

Chumana agnoscunt homines diuinaq; docti
ignarus cecus vel pecus ipse manet.

Hoc scio/qd me sapiētia et experientia docuit/neminē
sine studio sapiētie beū et laudabiliter viuere posse. seneca

CNon valet indoctus bene viuere siue beate
Nec laudatur homo qui rudis est et hebes

CNon potest esse virtus pfecta nec eq̄lis vite tenor sine
studijs sapientiē q̄b⁹ diuina ⁊ humana cognoscunt. idem.

CAbiq; peritorum studijs manet inclita virtus
haud perfecta carens dotibus inde suis.

Studia homini felicitatem acquirunt: calamitatem mi-
nuunt: animum a merore leuant. ait seneca

CAcquirunt homini felicia. corde repellunt
tristia: fortune casibus eripiunt.

Per studium sapientiē acquiritur homini perpetua li-
bertas. et homo a casibus fortunę et passionum furoribus
liberatur. seneca epistola. ix.

CDoctrinē studijs libertas vera paratur.
libera doctus enim peccata liber habet.

Studium etiam saluti corporis conducibile est. in reu-
dium enim cedit honestum solatium. et quicquid animum
erigit: etiam corpori salubre est. seneca epistola. xvij.

CLetificans mentem generosa scientia mestam
corporis egroti dulce leuamen erit.

Sapientia mestorum solamen animorum mesticiam ex-
pellit: leticiam inducit: et homini mirabiles cōfert delecta-
tiones. ait philosophus.

CPeccata solatur mestissima. leticiamq;
inducit: cordi gaudia mille dabit.

Sapientia valde iucundam reddit vitam: et maximam i-

tribulationibus prestat consolationem. ait solui.

¶ Reddit iucundam et letam sapientia vitam.
solamenq; malis atq; leuamen adest.

¶ Sapiētia magnā prebet homini cōsolationē: et omniū
tediorum et molestiarū profugium sunt litterę. ait phus.

¶ Dec precepta valent homini solatia mesto
ferre et peccatoribus tedia cuncta mouent

¶ Omnis homo et omnis etas doctrina et scientiarum
studijs eget. ait diogenes.

¶ Doctrina et ornat pueros iuuenesq; senesq;
icūcoq; etas indiget omnis ea.

¶ Litterarum studia puericiam instruunt adolescentiam
instituiunt: iuuentutem poliuunt: senectutem ornant. socra.

¶ Nimirum studijs grauioribus indiget etas:
omnis vt ornetur vel doceatur eis.

¶ Non solum pueri verum etiam iuuenes et senes debe-
rent litteris et scientiarum studijs diligentissime indulge-
re. seneca.

¶ Solertes studeant pueri iuuenesq; senesq;
ociaq; cultent quos studuisse decet

¶ Studio nullum tēpus satis magnū est. etiā si a puericia
vsq; ad longissimos etatis terminos vita perducatur. idē.

¶ Si tibi contigerit longissima tempora vite
contingat studijs longus et ipse labor.

¶ Tēpus adolescentie magis est idoneū ad studēdū. atta-
men alijs etatibus nō est dedecus studere et discere que
ignorāt. ait crisippus.

¶ Etas est studijs puerilis idonea doctia:
nec minus apta putes sit iuuenilis eis.

¶ Studiosa adolescentia iucūdā reddit senectutē. ideo
dicebat seneca quid enim iucundius quam senectutē no-
stram varijs studijs adolescentie ornatā contemplari.

¶ Difficile est dictu vīq; enarrabile quam sit
pulchra peritorum doctia senecta senum.

¶ Puto multos ad sapientiā facile fuisse peruētuos nisi
se ad eam iam peruēnisse putarēt. ait seneca epistola. xxij.

¶ Multi res facili caperent doctrina labores:
ni iam cepisse et prouisos habere putent.

Non quantum scias: sed quantum nescias considera. et si forte aliquid intelligis: non inde superbias. quia maxima pars eorum que scimus: est minima eorum que igno-
ramus. temistius.

Plura viri docti se se nescire fateantur:
quam que olim studijs edidicere bonis.

Nec vero preditus tanta sapientia quisquam est: vt se omnia scire affirmet. ait mercurius trimegiscus.

Nemo peritorum se dogmata cuncta tenere crediderit. nullis omnia nosse datum.

Disce ergo que nescis: et audi doctorum hominum doctrinam. quia vt ait scriptura] audiens sapiens sapientior erit: et intelligens gubernacula possidebit. prouer. i.

Doctor est sapiens qui doctos audit et illis
beret: qui docte multa docere valent.

Certis ingenijs se applicet qui a gurgite sapientie / alt quid quod in animo fideliter sedeat / a ppetit exhaurire. quia vt scribit seneca] nusquam enim est qui vbiqz est.

Cereat ingenijs certis sapientia qui te
exhaurire tuo gurgite percupiet.

Varia delectant lectio certa prodest quare qui quod de-
stinavit peruenire vult: vnam sequatur viam: non per mul-
tas vagetur. quippe non ire istud sed errare est. seneca epi-
stola. liij.

Qui cupit optatum finem contingere: certum
quo pergat felix ingrediatur iter.

In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit: vt mul-
ta habeant hospicia amicicias vero nullas. idem accidat
necesse est his qui nullius se ingenio familiariter appli-
cant. idem.

Subita habet hospicia et paucos peregrinus amicos
lalis qui varijs subditur ingenijs.

Nil tam vtile est quod in transitu proficit. itidem non
conualescit planta que sepius mutatur. ait seneca.

Mobile quod transit velox nil proderit vnquam
aret in ipsa suis plantarum locis.

Distrabit quoque librorum multitudo, quando quidem fastidientis stomachi est multa degustare, que ubi varia sunt ac diuersa coinquinant et non alunt, idem.

Nolle tenere libros preclara et pulchra supeller
est bonus utilior forsitan vnus erit.

Turba librorum onerat discipulum non instruit, multo
 que melius est paucis et utilioribus auctoritatibus imbui
 quam per multas vage discurrere: et mox oblivioni trade-
 re, idem.

Ellige de multis meliora volumina libris
maxima librorum copia quemque grauat.

Quattuor milia librorum didimus grammaticus scrip-
 tos reliquit, misererem homini si presens esset, qui in tam
 angusto cui termino tam multa legerit superuacanea, scie.

Innumeros libros legit scriptosque reliquit,
sed labor ille fuit pene superuacuo.

Dementia est superuacua legere vel adiscere in tanta
 temporis egestate, inquit boetius et seneca.

Strua superuacuos voluit dementia libros
quodque sit utilius discere nescit opus.

Multi legunt grandia: adiscunt ardua subtiliter dis-
 putant: ornate loquuntur: ut popularem aucupentur laudem:
 honores accipiant: magistri in plebibus nominentur,
 ait hiero.

Laus humana mouet multos ut grandia discant
ardua multa legant: magna loqui studeant.

Sunt qui scire volunt eo fine tantum ut sciant, et hec
 turpis curiositas est, sunt qui scire volunt ut scientiam suam
 pecunijs vel honoribus vendant: et id turpis questus est
 sunt qui scire volunt: ut ipsi sciatur et hec turpis vanitas
 est, sunt qui scire volunt: ut edificent vel edificentur, et hec
 charitas est, ber.

Qui sapit ut reliquos vel se simul instruat ipsum,
prudenter prudens et sapienter agit.

Tudio te vehementer applica. et omne tempus quo te meliorem non sentis perdidisse puta. ait hiero.

Incumbas studijs ne tempora studiosius perdas que doctis grandia bona parant

Temporis iactura maxima viris presertim studiosis. ait diogenes.

Tempus abitis multis vacuum. sed nulla docendis iactura amisso tempore maior erit

Tempus perditum dolemus. caueamus igitur quod adhuc non perdidimus: identidem aliquando doleamus hermo genes.

Qui dolet elapsi iacturam tempore exin incassum caueat tempus abire sinat.

Cogitato quam multi corpora exerceant: ingenia vero quam pauci. quantus ad spectaculum ludorum fiat concursus: ad philosophorum vero scholas pauci se conferunt. seneca.

Rara petit studium: sed inanibus et nocivis ludorum nugis plurima turba vacat.

Per illam viam incede qua insistant latini sermonis studiosi. quia profecto in rebus humanis nihil est: quod honesto litterarum ocio possit comparari. idem.

Ingrediamur iter: quod gens studiosa: nec vllas delicias vel opes anteferamus ei.

Sultus est qui diuitias vel delicias ceteraq; muneris huius suppellectilia sapientie studijs anteponeat: et cumulandis opibus potius quam litterarum studijs incumbendum putat. seneca

Doctrine studium cunctis erit antefendum peruigil ergo vaces rite docendus ei.

Diuitijs pariter et studijs vacare non potes. nec animam habitare sapientia dignatur: quam videt infectam desiderijs cupiditatis et curis temporalibus inuoluta. idem

Nemo potest studijs opibusq; vacare caducis vtiliter seruit nemo duobus heris

Socrates ille tpebeo ho quoda ditissim ad cuphopham

dum athenas pergeret: magnum auri et argenti pondus
abiecit putans virtutes et diuitias simul non posse pos-
sidere. hiero.

Proiecit prudens argenti pondus et auri
virtuti siquidem despicuntur opes.

Proice omnia a te: et ad sapientiam magno cursu totisque
viribus intende. seneca ad lucilium epla. xvij.

Proice que fuerint studijs contraria doctis
et doctrinarum nobile munus habe.

Si vis vacare studio philosophie pauper sis vel pau-
peri similibus. multis enim ad philosophandum obsistere
diuitie. idem.

Est aduersa bonis studijs opulentia: contra
paupertas illis aptior esse solet.

Non est quod nos paupertas a studio pbie reuect.
toleranda est enim ad hanc properantibus fames sitis
frigus labores et alia que multi in obsidionibus pertu-
lerunt, seneca.

Paupertas studijs nullum seducat honestis
immo stim frigus perferat atqz famem.

Studio te trade et vt huic inseruias: omnia alia negli-
genda sunt. idem.

Respice quicquid obes studijs studiose seueris.
Optius et quod eis sit sapienter ames.

Nunquam litterarum studia pretermittas. vnum eni
profugium in malis sunt littere. ait tullius in eplis.

Naud pretermittas studium venerabile. grauum
solamen nostris profugiumqz malis.

Studia pernoctant nobiscum: peregrinantur: rusticant
mestum exhilarant animum. inquit tullius.

Pernoctet studium tecum studiose fidele
atqz comes graditur quolibet ire velis.

Que legis et studedo acquiris non obliuioni tradas:
sed memorie mandes: et corde tuo frequenti meditatione
reponas ait diogenes.

Lecta tibi memori ponantur corde quibus mens.
cogitet et recoletis premeditetur eis.

COmnis perfectus ex lectione et meditatione procedit. que enim nescimus lectione discimus: que autē didicim⁹ meditatione conseruamus .yfi.

Lectio multa docet: meditatio lecta referuat
his perfectus homo quisq3 duobus erit.

Naud equum facit qui quod multo studio et labore didicit: id continuo dediscit: et per se cordiam et negligentiam amittit. plautus

Dediscant resides spacijs breuioribus illud
quod sibi gymnasijs edidicere diu.

Que ergo didiceris: diu retinere studeas: que autem non didiceris diligenti studio adiscere curato. ait solon.

Corde reponere memor que te docuere magistri
que nescis studiosi ore para. assiduo.

Nihil tam difficile est quod queranti et vigilantanti non inueniatur. ideo discit plato. laboranti nihil est difficile.

Querenti occurrit facilis sapientia: nilq3
quod labor exquirat difficile inueniet.

Labor assiduus et cura diligens non solum lectionis difficultatem: sed etiam ingenij ruditatem vincere potis est. zeno.

Difficiles libros penetrare et vincere tardum
atq3 rude ingenium cura laborq3 valet.

Cleas apud zenonem studiose philosophabatur. qui licet rude tardum. et obtusum haberet ingenium: id tamē labore: studio: cura: vigilijs et diligētia vincebat. dioge.

Ingenium obtusum tardum sortitus hebesq3
vincebat sudans ille labore tamen.

Non est tanta in rebus obscuritas: vt non eas penit⁹ acris viri ingenium cernat si modo aspiciat. tullius.

Non erit in rebus nox tanta et nubila: acuti
quo minus ingenium cernere possit eas.

Natura aque mollis est: et lapidis dura. si tamē aq̄ super lapidem frequenter stillet: stillando perforat illum. ait hiero.

Durior est lapidis natura et mollior vnde
est lapidem durum mollior vndat cauat.

Liber quartus.

¶ Non ergo desperes, nihil est eni quod nõ expugnet
pertinax opera: et intenta ac diligens cura. ait seneca

¶ Non desperet hebes etenim labor omnia vincit
nouit enim durus vincere dura labor.

¶ Ament viri studiosi duas res quibus se omni tempore
vite sustentent. s. optimarum artium scientiam et maxima-
rum rerum gloriam. quarum altera viuo homini non eri-
pietur. altera ne mortuo quidem. tullius.

¶ Eripitur nunquam preclara scientia doctis
nec sua preclaris gloria magna viris.

¶ De scientia.



Scientia dicitur a scio. quod proprie est rem
ratione et per causam cognoscere. ait tho. su-
per boetium.

¶ Disciplina dabit veris cognoscere causas
quelibet: et recta rem ratione docet.

¶ Scire est p causam. scientis enim et sapientis est euol-
uere ac cognoscere causas rerum latentium. j. metha.

¶ Qui rerum causas et cuncta latentia docte
scuerit: insigni laude ferendus erit.

¶ Scientiarum quedam est perfecta [et est illa que fit p
causam] quedam imperfecta et est illa que est sine causa.
ait comen. lib. j. phisicor.

¶ Imperfecta nequit rerum conoscere causas.
perfecta agnoscens omnia nouit eas.

¶ Scientia est determinatio intellectus ad alteram par-
tem cum certitudine. vj. ethicozum.

¶ Amouet incertis per certa scientia ducens
dogiloquos: monstrans quo gradiantur iter.

¶ Scientia est habitus demonstratiuus vel habitus cõ-
clusionis per demonstrationem acquisitus. ait phis.

¶ Si queris quid sit veneranda scientia: claro
te docet ingenio doctus aristoteles.

¶ Scientia est in anima sicut accidens in subiecto. et
anima sine scientia est qualis arbor sicca sine fronde
flore et fructu. valerius.

¶ Mens sine doctrina sterilis sine frondibus arbor
floribus exuta et fructibus ipsa carens.

Quidam melius est habere animam habentem scientiam: quam habitu corporis videre inductam et horatam. phus.

Desit et exornat melius sapientia mentem quam tibi si corpus purpura picta tegat.

Scientia est de numero bonorum horabilium. ait aristoteli. lib. j. de anima.

Cum sit amabilem numero doctrinam bonorum reddit honorandos egregiosque viros.

Scientia super omnem hominis possessionem generosa emanat et apparet possessio. hec homini est preciosus et optimus thesaurus. seneca.

Hec generosa quidem possessio diuitiarum optima. thesaurus pulcher et egregius.

Scientia est quidam nobilissimus thesaurus qui nec igne comburitur. nec tineam corroditur. nec vetustate consumitur. eam latrones non spoliant nec furantur. valerius.

Non metuit furca sapientia. nulla vetustas aut tineam abrodit. nec cremat ignis eam.

Bona exteriora possunt auferri violentia. furto. fraude. rapina. incendio et huiusmodi. scientia vero nec violentia auferitur. nec vetustate consumitur. nec tineam corroditur. nec mures aut fures metuit. seneca.

Exteriora queunt auferri fraude rapina. interiora ipso pectore fixa manent.

Plusquam aurum tu thesaurum acquire scientie. hec enim non timet dentes murum nec latrocinia furum confert egregios mores. malos remouet. inducit honores. seneca.

Querito thesaurum cuius nec fur malis obsit et tibi qui mores conferat egregios.

Scientia veri preuia luminis est clarificans animam extrahens eam ab obscuritate ignorantie et ad lucem intellectus trahens. phus. li. de pomo.

Effugat obscuras tenebras et nubila noctem: infundens lumen meritis illa suum.

Liber quartus.

Omnis scientia / que veritati subnixa est / tenebras ignorantie fugat: intellectū illuminat: mentē clarificat. pitha.

Dera fugat noctem sapientia pectoris atram
et inbat infundit luciferumq3 diem.

Scientia homines acuit. illuminat. ditat. nobilitat et ad summos honores et dignitates prouehit. archesilaus

Prouehit ad summos quencumq3 scientia honores
multaq3 preterea munera donat ei.

Socrates censet animam bene institutam tria potissimum habere debere. s. scientiam famam audaciam.

Fama et doctrina et magnis audacia rebus.
ornantes hominum nobilitant animas.

Scientia homines scientes prudentes venerabiles et amabiles facit. que eam despicit stultus est. ait valerius

Contemnit fatuus quibus efficeretur honestus
prudens. discretus. doctus. amabilior.

Impudentes odio habēt scientiam prudentes vero colunt amplectuntur et amant. dioge.

Doctrinam prudens optat. veneratur amatq3
impudens et hebes et rudis odit eam.

Omnis scientia vel est actiua vel speculatiua. ideo dicit phus. vj. metha. omnis scientia vel est practica. j. actiua vel theorica. j. speculatiua.

Altera que didicit peragit sapienter et apte.
altera duntaxat discere cuncta parat

Finis scientie speculatiue est veritas practice vero opus
ait aristoteles lib. vj. metha.

Altera perquirens verum speculatur id ipsum
altera cognoscens vera requirit opus.

Naturalis scientia non est practica sed speculatiua aristoteles ibidem.

Naturalis amat cognoscere lumine claro
omnia cognoscens plus nihil illa petit.

Magis dicimus illuz scire qui sit rem affirmatiue: quā qui scit negatiue. ait phus.

Affirmando valet qui rem cognoscere pulsis
errorum nebulis is: mihi crede: sapie

Non sufficit ad scientiam alicuius quod sciat rem in
vniuersali et confuse: sed oportet scire determinate et di-
stincte. vi. metha.

Non tibi sufficiet confuse scire, sed ðnem
doctos distinate rem bene nosse decet.

Experientia est particularium, ars vero vniuersalium,
ab experientia autem particularium accipimus scientiam
vniuersalium. i. metha. et secundo phico.

Singula queq; docet rerum experientia mater
arte et doctrina plurima percipies.

Per scientiam et experientiam scimus que nos oportet
scire: et ea que sunt clarorum et doctissimorum monimen-
tis comprehensa. dioge.

Doctrina et mater reru experientia monstrat
ðnia nosse virum que bene queng; decet.

Primum principium in aliqua scientia debet esse no-
tissimum et firmissimum in ea. iiii. metha.

Primum principium plene cognoscit oportet
qui disciplina erudiendus erit.

Eiisdem scientie est opposita considerare: quum con-
trarioz eadem sit disciplina. iiii. metha. et. ij. de anima.

Doctrine eiusdem est contraria eernere et ðne
quod disciplina dicitur oppositum.

Anaqueq; scientia habet suas proprias interrogatio-
nes et responsiones. ait aristoteles. lib. i. prior.

Disciplina modum proprium quecumq; rogandi
ac respondendi: nil dubitetur: habet.

Ana scientia dicitur nobilioz alia vel quia certioz: vel
qa de nobilioz tracta subiecto. j. de aia et. viij. topicoz.

Est ea nobilioz que certioz et melioz
tractans subiecto se probat egregiam.

Nulla scientia particularis probat suu subiectum esse:
sed supponit ipm esse. ait phs. vi. metha.

Disciplina suu quu presupponat habere
subiectum proprium nulla probare solet.

Ignorantia ðnibus hominibus est pestifera: scientia

vero salutifera. ait seneca.

¶ Scire salutiferum. nescire quibuslibet esse
dedecus infandum letiferūq; putes.

¶ Nec vero maius malum insipientia est. sapientia vero
magno ubiq; pretio extimatur. ait phus.

¶ Seda quibusq; viris inscilia et exitialia
doctrina excellens atq; salutifera est

¶ Scientia preterita et presentia nos scire facit. de fu-
turis enim nulla est scientia. ait phus.

¶ Presentis scire dedit sapientia preteritūq;
omninoq; homines scire futura vetat.

¶ Sapientia non habet finē. q̄a q̄ntūcūq; homo agnoscat
d̄ sapientia adhuc restant. plura cognoscēda. tho. sup. boe.

¶ Nosse licet dederit complura scientia doctos
attamen his multo plura scienda manent.

not

¶ Sapientia trahit hominem ab obscuritate ignorantie
ad lumen scientie a tenebris stultitie ad lucem sapientie
et ad claritatem intellectus. phus lib. de pomo et morte.

¶ Attrahit obscuris hominem doctrina tenebris
luminibusq; rudes applicat illa suis.

¶ Alimē eā scientia que animū a merore leuat. ignorātie
tenebras expellit. i veri boni cognitionē ducit. ait damas.

3/168

¶ Dilige que tenebras et nubila pectore pellit.
et locat in veri cognitione boni.

¶ Sapientia docet homines vivere secundum rationem
et ducit eos in optimū et vltimū finē et in cognitionem
summi boni. tho. super. boe.

¶ Disciplina bonum penitus cognoscere summum
vivere preterea sub ratione docet.

¶ Sapiens vivit secundum rationem insipiens vero cō-
tra. ait tho. super. boe.

¶ Ipe gubernatur recta ratione peritus.
indoctum ratio non regit vlla virum.

¶ Sapientes sunt dissimiles studiis improboꝝ ideo dicit
tulius. dispares mores disparia secuntur studia.

¶ Dissimiles fatui sapientibus inveniuntur.
apt̄a quidem sapiens. stultus inepta facit.

4 Jam
10
10

¶ Per sapientiam speculamur ea que vulgares non speculantur: et per sapientiam cognoscimus illa: que imperiti non agnoscunt. tho. super boe.

¶ Multa viri docti conoscunt et speculantur
indocti atq; hebetes non speculantur ea.

¶ Sapiens gloriam suam in consciencia et virtute ponit.
stultus autem in laude humana. ait macrobius.

¶ Gloria doctorum virtute locatur. inanem
sed laudem fatuus desipiensq; petit.

¶ Qui aliquod donum a deo largitum in laudem convertit humanam: proculdubio virtutem in vitium transire facit. yfido.

¶ Quisquis dona dei in laudem convertit inanem
virtutem in vitium mutat et ire facit.

¶ Scientia que ad vanam mundi gloriam vel curiositatem discitur parum prodest ait hiero. lib. de vitis patrum.

¶ Illa parum prodest quam pectora vana capessunt
et qua discuntur pectus inane tuncet.

¶ Scientia enim virtus est: humilitas custos virtutis. ait greg. in home.

¶ Disciplina viros humiles amplectitur. alma
corda superbiorum sed procul illa fugit.

¶ Vera scientia non extollit. nec superbientes / quos impleverit / facit. ait greg. in moza.

¶ Efficiet nullum sapientia vera superbium.
nemo extoletur nemo tumescet ea.

¶ Alia vera sapientia nihil sedum: nihil turpe: nihil quod non sit optimum evenire contingit. hiero. lib. de vitis.

¶ Optima queq; viris sapientia vera disertis
suggerit. et que sunt vitiosa parat.

¶ Iustorum sapientia est nil per ostentationem fingere. sensum
verbis aperire. vera diligere. falsa vitare: bona gratis exhibere. mala libenter tolerare: qua facere. nulla iniurie vultione querere. pro veritate contumeliam lucrum putare. hec iustorum simplicitas deridetur a mundi sapientibus: et fatuitas reputatur. greg.

¶ Dogmata iustorum ridet celestia demens.
illa salubre tamen veritas omne docent.

¶ Via ad deum est scientia: que ad recte viuendi institutionem pertinet. ideo sap. i. dicitur hec docet nos ire per vias rectas: et ostendit nobis regnum dei.

¶ Vera viam celsi monstrat sapientia celi
et vabit ethereo stelliferoq; polo.

¶ In necessariam duco eam scientiam que dux sit vie ferētis ad vitam illam beatam et celestem hierusalem. ambro.

¶ Id sapiāt homines quo celsa ferantur ad astra
quoq; habitare queant semper in vrbe dei.

¶ Queramus eam scientiam que nos per huius caliginose ac mortalis vite callem ad illam ōni vacantem nubiloparadisi domum ducat. ait damas.

¶ Quod docet ethereas ascendere celsus edes
quoq; beare potest id bene nosse para.

¶ Illa scientia expetenda est que nec ipso quidē vite excessu obliuisci sui potest. ait phus.

¶ Hanc disciplinam studeas sudore parare:
mortis agone memor que valet esse sui.

¶ Illa scientia desiderabilis est et amabilis: que animū dolore ac merore leuat: letitia afficit: celestia et terrena docet. crisippus.

¶ Que terrena docet simul et celestia: cunctis
hec disciplinis extat amabilior.

¶ Sicut vita sine merore et dolore est delectabilis: sic scientia rationalis et sensata est amabilis. ait aristo. epistola ad alexan.

¶ Que merore caret iucunda est vita quibusq;
et doctrina viris ingeniosa placet.

¶ Sapientia non est subiecta casibus fortune sed omni furore et perturbatione libera. inquit seneca.

¶ Fortune sapiens minime subiectus inique est
ōni quin porius turbine liber erit.

¶ Sapientia animum a furoribus liberat et per hanc acquirit homini perpetua libertas. ideo dicit seneca. phie seruias oportet: vt tibi contingat vera libertas.

¶ Veram libertatem offert sapientia doctis
cripiens ōni bile furoris eos.

De sapientia.

Uiri sapientis est nulla vinciri iracundia: et nullo furore superari. pythagor.

Non furit iratus rabida nec vincitur ira.
sub pede victa iacent bilis et ira furor.

Ira immoderata nō cadit in sapientē virum. nec furor. nec cupiditas. ideo dicit seneca. in sapiente non dominatur cupiditas rerum temporalium.

In pectus doctorum non cadit ira furorq;
nec sapientis amat peccius auaritiā.

Qui vult sapiens ac beat⁹ esse audiat dei vocē: iusticiā discat: vitiiū fugiat: virtutē cōplectatur. ait hiero.

Audi verba dei: virtutem amplectere: iustum iustus ama vitans crimen et dōne malum.

Scientia vera est deum cognoscere: virtutē amplectis vitium fugere. ait lactantius.

Ille sapit vere qui crimina vitat: amatq;
virtutum dōtes: obsequiturq; deo.

Plenitudo sapientie est timere deum. eccl's. j.

Qui timeret regis colit dñi potentis olimpi
numen adorandum: plenius ille sapit.

Quā magn⁹ est q̄ inuenit sapientiā: sed non est super timentē deū. timor dñi sup̄ onia se super iposuit. eccl's. x.

Magnus et excellens perhibetur vbiq; peritus
si veneratur amans et timer ille deum.

Sūt qui inter scientiā et sapientiā differentiā assignēt dicentes. sapiētia est rex diuinaz cognitio: scientia vero humanarū. ideo aug. ait. sapiētia in cōtemplatione eternoꝝ: scientia vero in occupatione temporalium versatur.

Altera sydereos tranat sublimius axes
altera sub celis vertitur inferius.

Hec est sciētie et sapiētie recta distitio. vt ad sapiētiā pertineat eternoꝝ cognitio intellectualis: ad sciētia vero tēporaliū rerū cognitio rationalis. aug. lib. de trinitate.

Illa sup̄ nubes et sydera celsa polozum
hec volat inferius inferioꝝ tenens.

Sapiētia nō solum sublimia et celestia: sed etiā terrena et ima sapit. vnde phus eam diffiniens ait sapiētia

est diuinarum humanarūq; rerum scientia.

¶ Quicquid in celsis sapientia cernit olimpo
nouit: et inferis quicquid in orbe patet.

De sapientia.



Sapientia dicitur a sapio / quod est recte sen-
tio et est multarum et mirabilium rerum scien-
tia. ait p̄hus lib. j. rethoricoz.

¶ Dicitur a sapio sapientia et omnia recte
sentit: et agnoscit plurima: et alta sapit.

¶ Sapiētia est altissimaz causarum cognitio. et sempiter-
noz scientia secundū alpharabium et aristo. lib. j. metha.

¶ Illa potens causas rerum cognoscere mōstrat
humanū pariter perpetūq; bonum.

¶ Sapiētia diuinarum humanarūq; rerū et causarū scie-
tia cognitioq; est. inquit tullius lib. tuscu. questio.

¶ Que de diuinis tractat sapientia rebus
et simul humanis illa petenda tibi est.

¶ Sapientia de rebus diuinis et humanis tractans ma-
ximopere expetēda et amāda est. ait tho. super boetiū.

¶ Illa petenda tibi sapientia que docet illud
quod solus ethereus noster: et orbis habet.

¶ Sapientē perfecte esse neminem posse. ait plato: nisi q̄
diuinarum humanarūq; rerū scientiā fuerit consecutus.

¶ Imperfectus erit sapiens qui non sapit illud
quod super astra poli est: subter et orbis habet.

¶ Plato diuinū hominē dici voluit q̄ diuinarū rerū sci-
entiā nactus est: nec non humanaz cognitionē tenet.

¶ Hunc plato diuinum putat inferiora peritua
qui tenet: et pariter scire superna valet.

¶ Melius est modicū scire de rebus superiorib⁹ et no-
bilioribus: quā multa de rebus vilioribus et inferiorib⁹
comen. ij. de celo et mundo.

¶ Malo ego diuinis cognoscere paucula rebus:
quam de terrenis plurima percipere.

¶ Quid prodest mundanis proficere doctrinis: et defice-
re indiuinis. caduca sequi signēta: et celestia fastidire do-
cumenta. ait psi.

¶ Disciplina docens res ingeniosa caducas
expers eterni vespicienda boni.

Quo verā sapientiā peruenire non possunt: qui falsę sue
sapientię fiducia decipiuntur. greg. in mora.

Qui venit ad veram quem falsa scientia mudi
pulchris et vanis ludit imaginibus.

Qui sine vera sapientiā existimat se sapientē esse: non
prudens sed stultus est. non sanus sed eger in egritudine
assidua laborat: et inciuitate noxia stultus et demens per
manebit. aug.

Qui sine doctrinis celestibus esse peritum
se putat et doctum fallitur ille quidem.

Nō aliam putes esse scientiam nisi veritatē in qua te
netur et cernitur sūmū bonū. agu. lib. de libero arbitrio.

Vera docet verum tenebris sapientia moris
atq; colit vera religione deum.

Vera sapientia hominis in hoc consistit: vt verū deū
agnoscat et colat. inquit lactantius.

Que cognoscit erit sapientia vera tonātem
et colit agnoscens et famulatur ei.

Hoc est illud quod philosophi in tota vita sua multo
labore quesierūt: et ōnino cōprehēdere nō valuerūt. lactā.

Derum nosse deum mire studuistis athene
vestra necid vobis philosophia dedit.

Erant certe philosophi veritatis cognitione dignissi
mi. quam tanto labore quesierunt. atq; ita vt eam rebue
ōnibus anteponerent. idē.

Quis putet indignum te cognitione tonantis
stoice: quem tanto nosse labore paras.

Per veram sapientiā agnoscit homo creatorē suum: q̄
de nihilo fecit ōnia. qui est inceptor ōnium inceptorum: et
ōniū principiorum principū. phus lib. de pomo.

Per veram verus rerum cognoscitur autor:
qui rebue finem principūq; dedit.

Vera sapientia ostendit vbi sit sūmū bonū: et in quo
sitū sit: et quomodo ad id pueniatur. tho. super boe.

Sūmum vera bonum sapientia mōstrat et in quo
sistat. quoq; modo perueniatur eo.

Vera sapientia docet terrena et celestia. ignorantię nebulas procul pellit: mentibus lumen infundit; et in veri boni cognitionē ducit. cri.

Celestis doctrina docet celestia nosq;
collocat in veri cognitione boni.

Sapientia vera nullum bonū caducū expetit: omne auaricie cupiditatem expellit: nebulas errorum et ignorantie remouet. ait seneca.

Lumine clara micat tenebras et nebula pellens
odit auariciam: diligit omne bonum.

Sapientia cognitioni vltimi finis magnum incrementū affert: et hominē quasi parem deo facit. seneca.

Te facit egregium finem conoscere. sanctis
teq; parem efficiens: angelicisq; choria.

Sapientia hominē quasi similem deo facit. insipientia autem brutis animalibus assimilat eū. tho. super boe.

Maudata rudes inscicia cecacet illos
montanis similes efficit illa feris.

Nullum bonū aut donum sapientia prestantius: insipientia autem et stultitia nullū malū est maius. ait tullius.

Nullum docte tuo melius reperitur in orbe
donum. stultitia nil quoq; peius erit.

Sapientia omnia bona doctis suggerit insipientia autē
in omne malum precipitat insipientes. panctius.

Suggerit omne bonū veneranda scientia doctis
indocuis preceps fertur in omne malum.

Tantum precedit sapientia stultitiam quantum lux differt a tenebris. sapiens enim in luce stultus in tenebris ambulat. eccl. ij.

Exuperat cecam quantum lux aurea noctem:
tanto est indoctus vir sapiente minor.

Ignorantia sapientie inuidet et aduersus eam insurgit: falsisq; criminationibus de laudis possessione deicere conatur. boe.

Stultus et indoctus sapientibus inuidet optans
opprimere et clarum demere nomen eis.

258
51

Alud stultos et insipientes sepe periculis opprobij et
cōtumelijs vidim⁹ laceffitā sapientiā. boeti⁹ lib. de cōso.

Sens ignara viros sepe in certamina doctos
prouocat inuidia: perniciosq; parat.

Sapientia nullū habet inimicū preter ighorātē. ignari
eni sapientib⁹ inuidēt eosq; immortalī psequūt odio. di

Insciū est doctis contrariū hostis: et illa
inuidet et lacerans detrahit inuidia.

Licet homines imperiti non magnificent nomen sa-
pientie sed magis eam blaffement: nihilominus tamen
ea in sua dignitate perseverat. seneca.

Sens indocti licet doctis aduersa susurret:
non tamen hos priuat laude et honore suo.

Nunquam in tantum cōualefcet nequitia: nunquā sic
contra virtutes coniuabit: vt non sapientie nomen sa-
crum et venerabile maneat. idem.

Inspiciens sōphie sacri et venerabile nomen
nec sedare quidem: nec violare valet.

Sapientia nō vicit malicia et iperita multitudo: licet
manu armata insurgat: nūquā preualebit aduers⁹ eā p̄h⁹.

Nescia turba licet vocet in certamina doctos:
inuidiosa tamen non superabit eos.

Sapientia res grandis. excellens. vtilis. laudabilis. mi-
rabilis et amabilis est. nec poterunt vlli suam excellentiā
verbis maliuolis ledere. phus.

Grandis et excellens cum sis sapientia. nemo
ledere te inspiens aut violare valet.

Sapientia diligere non potest: qui eam non cognos-
cit. inde aug. ait. cognita diligim⁹: incognita nequaquā.

Non valet inspiens quam non cognoscit amare
doctrinam. sapiens quam bene nouit amat.

Precedit sapientia virtutis cultum. quia nemo potest fi-
deliter appetere quod ignorat. et malū nisi cognitū sit:
non timetur: sicut nec bonum amatur. cri.

Disciplinā docet cultum virtutis amare:
et detestari crimina cum vitio.

Quid enī eneruatius aut turpi⁹ ip̄a ignorantie cecitate. ignorantia enī relicta virtute vitia cōsecratur. ait tullius.

Ignarus vitium sequitur virtute relicta
flagitij gaudens criminibusq; malis.

Ibi quibus imperitia magis quā peritia placēt: similes sunt noctuis et vespertilionib⁹: qui lucem odio habētes tenebris delectantur. boe.

Diligat obscuras noctis miseranda tenebras
et radios odit noctua p̄bebe tuos.

Negant philosophi quenquā virū bonum nisi sapiētē. sapientia enī bona cuncta parat hominib⁹: insipientia vero ōne malum parit. dioge.

Iacta in ōne malum stultos inscitia. doctis
disciplina suis suggerit ōne bonum.

Sapientia suis cumulata dotib⁹ non nisi in bonis viris esse potest inscitia vero suis comitata tenebris vitij et erroribus heret. idem.

Non nisi preclaris heret preclara facultas.
altera vesanis inspidisq; viris.

Neminē diligit deus nisi eum qui cū sapientia habitat. est enī hec speciosior sole et super ōnem pulchritudinē stellaz lucet. sap. vii.

Pulchrior ethereis sapientia creditur astris
diligiturq; deo quisquis ad heret ei.

Si sapientie forma oculis videri posset: ad amorē sui ōnes homines maximo opere excitaret. dioge.

Si tibi monstraret proprium sapientia vultum:
pulchris assereres egregiusq; nihil.

Sapientia vultu pulcherrima est consilio utilis: motivatione mirabilis: cōsuetudine delectabilis. tho. super boe.

Mire delectat. vultu pulcherrima, sancte
prudenterq; monet. consultat vtiliter.

Ad eū est consiliū: mea est prudētia: mecū sunt diuitie et gloria. ego diligētes me diligo: et qui mane vigilauerint ad me: inuenient me prouer. viij.

Hinc decus emanat. prudentia. consiliūq;
gloria. diuitis. lumen. et ōne bonum.

Super salutē et speciem dilexi illā et proposui pro luce habere eā. qm̄ in extinguiibile est lumē eius. venerūt mihi ōnia bona pariter cū illa: et innumerabilis honestas per manus illius. sap. vii.

Hanc ego dilexi super omnia. cum mihi sensum lumen honestatem consiliumq3 daret.

Proposui illam regnis et sedibus et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. nec cōparauī illi ōnē lapidē pretiosum. qm̄ ōnē aurū in comparatione illius arena est erigna et tanquā lutum extimabitur argentū in conspectu illius. sap. vii.

Diuitias et ebur gemasq3 peritiā vincit sedes regna domos: quicquid et orbis habet.

Sapientia foris predicat: et implateis dat vocem suā et in capite turbarū clāmitat: et in foribus portarū vrbis exaltās vocē suā ait vsq3q̄ paruuli diligētis isatiā. puer. i.

Diligitur fatuus infantia. sed sapientum exoptat prudens ingrediturq3 viam.

Ignoracione rerū bonarū et malarū maxime ōniū vita veratur: sed sola sapientia est que inter bonū et malū distingit remota erroris nebula. tullius.

Vita hominum cecis fuerat subiecta tenebris: at doctrina docens cernere cuncta dedit.

Agros. ciuitates. curiā. senatū. exercitiū. terrā. mare. naues. domos. et ōnem vitā hominū gubernat sapientia et regit. phus.

Agros rura fretum naues populosq3 domosq3 vrbes vicam hominum dētq3 cuncta regit.

O preclara sapientia vite dur. virtutū idagatrix. vitioꝝ expultrix. qd̄ vita hominū sine te esse potuisset: tu vrbes peperisti. tu dissipatos homines in vite societate cōuocasti. tu inuentrix legū. tu magistra morum et disciplina fuisti. ait tullius.

Cōmoda multa parit mater doctrina bonorum instituentq3 rudes optima queq3 docet.

Sapientia rerum initia causarumque et rerum naturas aperuit. varios stellarum et spherarum motus. admirandos siderum et planetarum cursus mortalibus patefecit. hec agresiles ac rudes homines more ferarum vagantes in vrbes conuocauit: et ad dei cultum veramque religionem redegit et instituit: hec modum ac rationem bene ac beate viuendi edocuit. hec quantum amicis cognatis parentibusque debeamus monstrauit. ait philosophus.

Omnia nos docuit sapientia doctiloquorum
laus diadema decus gloria honorque virum.

Sola sapientia est que meretur honores. dignitates. imperum. et ideo dicit philosophus ad honorem et magistratum gradus veniendi hec prima via fuit.

Dignius optatos ad honores perueniendi
atque magistratus hec via prima fuit

Sapientia res celestis mirabilis et delectabilis est hec sola est per quam affectus eterne delectationis acquiritur. seneca.

Res diuina quidem mirabilis omne persequi
quod sit perpetuum monstrat amare bonum.

Quam magnus est qui inuenit sapientiam si timor dei est in illo. ecclesiasticus. xv.

Qui sapit excellens magnus perhibetur et ingens
si sua mens fuerit plena timore dei.

Initium sapientie est timor domini et dominus prebet eam diligentibus se. prouer. i. et psalmo. xc.

Qui precepta facit tua te rex xpe timendo
huic das doctrinam et plentius ille sapit.

Tua mens sit plena timore dei vitans superbiam ac luxuriam. quia vt greg. ait superbas mentes deserit doctrina veritatis. seneca quoque dicit illaudabilis est illa scientia quam vita maculat impudica.

Sit tua mens humilis sit honesta pudica seuera.
omnipotentis item plena timore dei.

Qui timet deum et mandata eius seruat vere sapiens est. inquit albertus.

Qui timet omnipotens te esse pioqz timore iussa facit cunctis votioz ille sapit.

Circa contemplationem diuinorum tota intentio sapientis versatur. tho. super boetium.

Contemplatur homo sapiens celestia cuius mens in diuinis tota sopita manet.

Liber quintus. De sapientibus.



Sapientis dictus est a sapio vel a sapore quia sicut gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum: sic sapiens ad dignoscendum reru atqz causarum effectum. ysi. lib. ethimo.

C dicitur a sapio sapiens causas quia rerum effectusqz potens omnia nosse sapit.

Qui sapientia re zitur: vel sapientiam docet: vere dicitur sapiens: quod nomen meruere philosophi: et alij complures eterna memoria dignissimi viri. ait diogenes.

Cui prudenter agit: vel quem sapientia recte ducit limitibus dicitur hic sapiens.

Omnes liberalium artium professores et philosophi/ quos auro eloquentie et geminis scientiarum circinifulgere videmus sapientes merito appellantur. ait valerius.

Cui sapienter agunt: et quos prudentia ducit. quiqz docent. artes nobile nomen habent.

Qui sapientia reguntur / vel sapientiam profitentur / sapientes appellantur. quo nomine vocati sunt septem illi clarissimi viri thales mile suis. solon salaminus. chilon lacedemomius. pythacus. milileneus. bias fireneus. cleobolus lindius: periander corinthius.

C quos doctrina regit vel qui profitentur eandem. gaudent doctorum nomine docti loqui.

Qui sapientie precepta docent: et sapienter vnunt sapi-

N. Jam

A

and

Can

263
Liber quintus.

entes vocantur quo nomine gaudent illi græciæ septem
sapientes et clarissimi illi philosophi: in quos / omnes eru
ditionis opes pleno effudit copia cornu. ait dioge.

¶ Qui præcepta docent sapientius hi sapientes
dicuntur vitam: qui sapienter agunt.

¶ Illi vere dicuntur sapientes: qui sapientiæ præcepta di
dicerunt: et sapienter vitam agunt: sapienterq; docent. et
non minus litteris quam morum et vitæ sanctitate præ
fulgent. ait valerius.

¶ Is vere est sapiens: didicit qui plurima: vitam
moribus egregijs qui sapienter agit.

¶ Felix prior etas que tot pertulit sapiētes. quibus velu
ti stellis fulgentibus mundus irradiaret. ait diogenes.

¶ Felix illa prior: docros que tot tulit: etas
qui velut astra poli semper in orbe micant

¶ Sapientes omissis terrenis negocijs ad speculadū re
rum naturam se conferunt patriamq; sibi celum esse iudi
cant. ait tho. super boetium.

¶ Rerum naturam sapiens speculatur omissis
rebus terrenis celsus ad astra volans

¶ Sapientes in contēplatione sunt cōstituti. et in aduer
sis rebus nunquam deprimuntur: nec in prosperis extol
lantur. ait ysocrates.

¶ Non premit aduersis homines fortuna peritos:
nec tollit fluxis aliciendo bonis.

¶ Magnanimi et sapientes viri aduersæ fortunæ succum
bere nesciunt. imo res aduersas suæ virtutis experimenta
faciunt ait seneca.

¶ Nescit fortune succumbere doctus inique
hanc virtutis agens experimenta sue

¶ Ad omnē incursum fortune sapiens inuictus et incōcu
sus manet. nō si paupertas luctus dolor et similia irruant:
pedē referet. contra omnia tela fortunæ ibit interritus: et

*Ende felix
y in
70*

*Nate loquit
a fortuna*

*o me
milior*

De sapientibus.

inter illa hilaris: et plenus gaudio viuet. seneca.

¶ Dincere nulla valent homines aduersa peritos.
docti aduersa valent exciperare viri.

¶ Sapiens defectus rerum ignorat. et varios animi affectus nescit. fortunę rota nec tollit eum: nec deprimit. semper idem est. non minuitur rerum mutationibus: nec augeatur. nec vt paruul⁹ fluctuat: vt circūferat ōni vĕto. zeno.

¶ Nec rota fortune sapientem tollit in altum:
nec premit aduersis cum furit illa suis.

¶ Sapiētis et magnanimi viri est contra fortunā et omnia picula mūdāna constāter militare: et nō pusillo animo succūbere. vnde dicit seneca sapiēs vincit virtute fortunā.

¶ fortunam sapiens virtute armatus iniquam vincit: et inde decus nobile victor habet

¶ Non est sapientis vinci passionibus: sed constanti et forti animo aduersa tollerare. ait seneca.

¶ Forti aduersa ferunt animo quecumq; periti
nullaq; preterea passio vincit eos.

¶ Beatus is esse non potest cui aliqua reruz in est perturbatio. animozū autē passiones et perturbationes non cadunt in sapientem virum. ait philosophus.

¶ Nil turbare potest aut sollicitare quietos:
quos et sacros philosophia facit.

¶ Sapientis est tempozū cedere et necessitati parere ait tullius.

¶ Cedere temporibus vincere potentibus equum
plurima gymnasio qui didicere viri.

¶ Sapientis proprium munus est nulla vinci iracundia: et propria dāna occultare. ait menander

¶ Dissimulat dānum sapiens: nec vincitur iracundia nō turbant: nec furor vrget eum.

¶ Doctrina viri per patientiam agnoscitur. prouer. xv. vbi gregorius tanto inquit minus quisq; ostenditur sapiens: quanto minus patiens.

¶ Tetra nimirum patiens patientia doctum
indicat: impatens creditur insipiens.

264
54

Yonno
Yon

em Gbray
Leu. meij

Interrogatus plato quomodo cognoscitur sapiens: si cum laudatur inquit non extollitur; nec irascitur cum vituperatur.

Lauda nec exultat sapiens letatus inani:
nec solet irasci cum mouet ira iecur.

Quidam philosophus cuidam centurioni sibi insultanti dixit. tu didicisti maledicere: ego autem didici maledicta cōtēnere: et pacienter cōtumelias tolerare. tho. sup boe.

Quid sapiens didicit patienter ferre malorum
verba superborum despicienda bonis.

Verus sapiens debet esse perfectus omnibus generibus virtutum. et debet esse magnanimus: et omnes iniurias et offensas superborum despiciere: et nunquam verbis contumeliosis ad iram prouocari. seneca lib. de clementia.

Magnanimus patiens plenus virtutibus almis
verba superborum despicienda putat.

Non est sapientis moueri his: quae ab insipiente dicuntur aduersus eum. ait tho. super boetium.

Quāuis philosophis cōiicia despicientes
feda vomat: illi nil moueantur eis.

Si forte ab ore tuo verbum minus honestum deciderit continuo reuocetur: quia sapientis est reuocare quod male loquitur. c. magne sapientie. xxij. q. iiii.

Est sapientis idem reuocare quod excidit ore
et quod inutiliter compulit ira loqui.

Sapiens vincit iram patientia et magnanimitate fortunam. ideo dicit tullius te aduersum fortunam optime paratum armatumque cognoui quam laudem statuo sapientie esse maximam et non aliunde pendere.

Contra fortunam sapiens se munit iniquam
et patiente iram vincere corde valet.

Littere solent miseris temporibus solatio esse et felicitibus ornamento. ait valerius.

Tempore felici doctrina decentius ornata
temporibus miseris dulce leuamen erit.

De sapientibus.

266
55

Beatus qui in sapientia morabitur: et qui in iustitia meditabitur. qui tenuerit illam: vitam hereditabit: et benedictionem ab altissimo. eccl'us. liij.

Si tibi contigerit diuina scientia vitam lucis habebis ouans et benedictus eris

In vera sapientia consistit vera felicitas. ideo sapiens maxime est felix. ait phus.

Felices homines sapientia vera valebis efficere. hos etenim philosophia beat.

Sapientem natura ipsa locupletat. qui cum veras diuitias caducis anteponat: et summum bonum querat et virtutem colat vitia euitans: semper est felix. democritus.

Semper erit felix opibus qui seruit bonestis virtutemq; colens odit auariciam.

In sapiente non dominatur cupiditas rerum temporalium. quia vt ait seneca sapientis est laudem et gloriā in virtute non autem in bonis fortunę positam arbitrari.

In sapiente viro nihil inuenietur auarum. virtutum et morum querere curat opes.

Boetius appellat sapientes reges. eo quod se ipsos et alios regere et gubernare sciunt: et quenlibet ornare pro meritis.

no he rui le
no fer sabi

Se regit atq; alios sapiens: ideoq; vocatur rex quia prudenter cuncta regenda regit.

Omnis cura et labor viri sapientis versatur circa practicam et theoreticam. i. circa contemplationem et regimen rei publice. tho. surer boe.

Tota viri docti consistit cura duobus. contemplatur enim: tam bene cuncta regit.

Sapientis est regere: disponere: et ordinare. et ideo regimen rei publice ad sapientes non autem ad insipientes spectat. phus in proemio metha.

v an

Sapientie regi. cupiens res publica solis committit doctis omne sui regimen.

267
Liber quintus.

Beata est illa respublica cuius rector p̄bus est. et vegē
ti cuius rector rudis est et insipiens. ait plato.

Quam regit vtilibus sapientia legibus urbem
felici natam sedere crediderim.

Gubernatio reipublice ad sapientes non autem ad
insipientes pertinet ideo dicitur prouer. xlix. homines pe
stilentis dissipant civitatem: sapientes vero auertunt fu
rorem.

Dissipat insipiens evertens pestifer urbem.

componit sapiens auget et ornat eam.

Beata est illa respublica: quam sapientie studiosos re
gere et gubernare contigerit. ideo sap. vj. dicitur. diligite
lumen sapientie omnes qui p̄estis populis.

Orbibus et populis qui p̄sideratqz gubernat
disciplinarum lumine rector eget.

Aut enim sit imperator aut rex: princeps aut dux: p̄tor
aut iudex: p̄s byter aut p̄sul. aut deniqz cuiuscumqz ge
neris status vel conditionis existat: sapientia indiget.
ait philosophus.

Indiget omnis homo doctrine lumine nesci
cecus et obscuris ambulet in tenebris.

Quisqz bene iudicat que cognoscit eorumqz bonus
est iudex. cecus autem male iudicat de coloribus. ait p̄s.

Qui grave iudicium tener egregiumqz peritus
recto iudicio iudicat haud dubie

Sapientis proprium est nil quod penitere possit: age
re. tullius in tuscu.

Penitet indoctum fecisse quod egit inepte.
prudens et doctus cuncta decenter agit.

Non est sapientis dicere non putaram. tullius in libro
de oratore.

Preuidet euentus rerum sapientia. nilqz
stulte vel temere aut insipienter agit.

Sapiēs nil p̄mittit: qđ adimplere nō possit. ait seneca.

Quicquid promittit doctissimus implet et ipse
non nouit quenquam fallere pollicitis.

De sapientibus.

268
56

¶ Non pertinet ad sapientem aliud sentire: et aliud loqui
ait philosophus.

¶ Pertinet ad doctos sentire quod ore loquuntur
disona nec menti promere verba sue.

¶ Non cadit in virum bonum mentiri nec emolumentum
sui gratia nec alterius commodi. ait zeno.

¶ Vir bonus et sapiens mendacia vitat et odit
atq; super veris omnia verba locat.

¶ Duo sunt opera sapientis quorum primum est non me-
tiri de quibus nouit. secundum mentientem manifestare.
philosophus lib. elencorum.

¶ Detestantur vti mendacia vana perit.
mendaces odio sic vehementer habent

¶ Dicebat socrates homini sapienti non esse fas vel oc-
culuisse veritatem vel concessisse mendacium. ait boetius

¶ Concessisse vetant sacre mendacia leges
vera quoq; affirmant occuluisse nefas.

¶ Primum sapientie gradus est falsa intelligere. secundo
vera cognoscere. qua cognitione veri nulla est homini vo-
luptas iucundior. lactan.

¶ Primum docte gradus falsum cognosce. secundo
verum. tunc veri cognitione mane.

¶ Sapientis est sibi et alijs velle prodesse: et nulli iniuriam
facere. sapiens enim qui nec sibi nec alijs prodest: nequit
quam sapit. tullius.

¶ Qui sapit et nulli sapienter profuit vnquam
crediderim vere quod nihil ille sapit

¶ Solos quod desiderant posse facere sapientes asseruit
plato.

¶ Quod cupit efficiet sapiens sapienter et apte
cuncta sed insipiens insipienter agit.

¶ Sapiens non iudicio imperitorum sed imperiti iudicio
sapientum vitam agant. ideo dicit tullius. quid enim turpi-
us quam sapientis vitam ex imperitorum sermone pendere

¶ Vita disertorum non pendeat insipientium
iudicio potius se rega illa suo.

Liber quintus.

Cabalis displicere laudabile est. ait seneca lib. de remedijs fortuitorum cui assentitur boetius dicens. sapientes quibus propositum est pessimis displicere: non secundum imperitorum iudicium vitam agant.

Cproposuit sapiens quoddam laudabile cunctis displicuisse malis et placuisse bonis

Tempus et responsionem cor sapientis intelligit. ecclesiasticus. vii.

Copportuna videt sapiens et commoda rebus tempora temporibus aptat agenda suis

In lingua sapientia dignoscitur ab ore enim sapientis dulcior melle oratio fuit. ecclesiasticus. iiii.

Dulcia verba loqui sapiens solet et sapientis melli fluxus sermo manat ab ore viri

Thesaurus desiderabilis reconditur in ore sapientis. puer. xxi.

Ore disertorum thesaurus amabilis. inde manat melli fluxus percipiturque sonus.

Sapientis in verbis se ipsum amabilem facit. ecclesiasticus. xx.

Te tua docte nimis charum dulcissima reddunt verba quibus multos vtiliora voces.

Air peritus multos erudit: et anime sue suavis est ecclesiasticus. xxxvii.

In finita docet doctus documenta salutem perquirens anime sancta docendo sue

Labia docti erudiunt multos. qui autem indocti sunt in cordis egestate morientur. prover. x.

Erudunt multos doctorum labia. turpi cernimus indoctos auriferate mori.

Qui docti fuerint fulgebunt quasi splendor firmamenti. et qui ad iusticiam erudiunt multos quasi stelle in perpetuas eternitates. danie. xii.

Doctus in orbe micat pbebee lampada instar ius et iusticiam fasque piusque docens.

Signum sapientis et scire docere est docendo sibi similem facere. ait phis.

Scire docere rudem signum sapientis habetur discipulos similes si sibi.

De sacra scriptura.

longe fulgentior ac nobilior est. et ideo doctrina doctri-
narū et scientia scientiarum vocatur. hugo.

¶ Hec doctrinarum dñia et regina vocatur
nobilior cunctis celsior: utilior.

¶ Multo nobilior est illa scientia que ex diuina influētia
manat: quā que humana industria paratur. ideo scientiaz
dñiam et disciplinaz reginā theologiā discamus. que omni-
bus artib⁹ et sciētijis est dignitate precellens: et nulla sciē-
tia est similis ei.

¶ Quam doctrinarum reginam nouimus: dñi
discamus cura: vel studeamus ei.

¶ Omnis sciētia veritati subnixa bona et cōducibilis est.
tu tamē qui tuam ipsius festinas querere et operari sa-
lutē: ea scire curato: que senseris viciniora saluti. ber.

¶ Que precepta tue fuerint vicina salut
discite et que reliquis utiliora putatis

¶ Qui vere doctus et vere sapiēs fieri cupit: legat sacras
ac diuinas scripturas. quarū lectione thesaurus noster in
hoc vase fictili positus ab omni prozsus labe custoditur:
ait beda.

¶ Qui cupiunt fieri vere docti et sapientes
sacram scripturam nocte dieq; legant.

¶ De sacra scriptura.



Sacra scriptura dicitur sancta tripliciter. scilicet a spi-
ritu sancto a quo est. a materia. ab effectu. inquit
thelmeus.

¶ Materies effectus et almus spiritus auctoz
sanctificant. sancta et fit tribus illa modis.

¶ Sacra ac diuina scriptura / cuius auctoz spiritus san-
ctus est / docet veritatem: in qua sicut in firma petra fides
nostra fundata est. ait aug.

¶ Pagina sacra docet verum. quo firma locatur
ceu solido stabilis marmore sancta fides.

Sacre scripture effectus est docere veritatem. arguere falsitatem. eripere a malo. inducere ad bonum. ait tho.

Vera docet. tum falsa redarguit. eripiens nos abducensq; malis applicat illa bonis.

Omnis scriptura diuinitus inspirata est vtilis ad docendum veritatem. arguendū falsitatem. erudiendum in iustitia. vt perfectus sit homo: et ad ōne bonum opus instructus. ad t. mo. iij.

Omne docet verum. falsum arguit. instruit alme iustitie rectas querere quenq; vias.

In sacra scriptura quicquid docet est veritas. q̄cquid precipitur equitas. quicquid promittitur felicitas. ait cri.

Verum vera docet: quod cumq; ea precipit equū est premia promittit que sine fine beant.

Sacra scriptura in vtroq; testamento et monēdo recta est: et promittendo alta: et minando terribilis. ait greg. super ezechielem.

Rectum recta monet promittens alta minatur: terribiles penas suppliūq; malis.

Omne scientiā sacra transcendit scriptura. nam vera predicat. falsa comprimit. ad celestem patriā inuitat. aterrenis desiderijs cor reuocat. dictis obscurioribus fortes exercet. paruulis humili sermōe blādatur. ait greg. in mora.

Omnem scripturam transcendit sacra fideli nos sermone docens: et bona cuncta parans.

Sacra scriptura ōnes scientias elocutionis sue more transcendit. quia in vno eodemq; sermone dum narrat textū prodit misterium. et sicut misterijs sapiētes exercet: sic superficie simplices refouet. habet in publico vnde paruulos nutriat: et seruat ī secreto vnde mētes sublimiū ī admirationē suspendat. quasi quidā flui⁹ plan⁹ et alt⁹: ī quo agn⁹ ābulet: et elefas naret. mirabilis est iste flui⁹: quāta plan⁹ est: p̄ quem agn⁹. j. simplex et illitterat⁹ potest.

Lege sacras scripturas: per quas solas portas dei voluntatem agnoscere. nullus enim potest precepta dei perfecte nosse: nisi qui legendi sacram scripturam continuum habet usum. ait hiero.

Qui legit assidue celestia dogmata: celsis precepta dei nosse tenenda valet.

Diuias scripturas sepius lege. immo nunquam de manibus tuis sacra lectio deponatur. sacre enim littere nos docent ubi vere diuitie. veri honores. veruz regnum. vera vita vera felicitas reperitur. hiero.

Vita ubi vera. ubi regna beantia iustos. vere ubi opes et honor. pagina sacra docet.

Sint scripture diuine semper in manibus: et iugiter mente voluantur. in catalogo enim scripturarum inuenies omnia: que ad bene beateq; viuendum pertinent. idem.

Que legitur sacris diuina scientia libris ad bene viuendum sancta docendo trahit.

Qui habet lumen doctrine dei: videt rectam viam: per quam gressus dirigat. ideo dicebat psalmista lucerna pedibus meis verbum tuum domine: et lumen semitis meis.

Verba viam rectam monstrant diuina. lucernam ante pedes hominis ne caddat ipsa ferunt.

Beminum donum lectio sacrarum scripturarum confert: seu quia mentis intellectum illuminat: seu quia a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem dei perducit. yfido. lib. de summo bono.

Illustrat mentes. et rebus inanibus illas: abstrahit: et celsifigit amore dei.

Celestium scripturarum eloquia diu tenere: ac possidere debemus toto animo et corde versantes. vt succus ille spiritalis cibi in omnes se animi venas diffundat. ait abro.

Eloquium celeste diu nos voluere oportet versantes animo que documenta docet.

Qui nescit sacram scripturam: nescit virtutem dei eius
qz sapientiam ignorantia enim scripturarum est ignoran
tia dei. ideo dicit psalmista beatus homo: quem tu erudie
ris dñe: et de lege tua docueris eum.

Dogmata qui nescit ecclesia nescit olimpi
virtutem regis: nescit et ille deum.

A domino sciuntur: qui ea que dei sunt sciunt. et a dño
nesciuntur qui ea que dei sunt nesciunt. hinc apostolus
ait qui ignorat: ignorabitur

Qui scit sacra dei documenta scietur ab illo.
nesciturqz deo: quisquis abhorret eis.

Sicut cecus sine ductore aberrat: et sepe cadit: sic ho
mo sine doctrina dei vir rectam viam: qua tuto gradiatur
inueniet. hiero. lib. de vitis patrum

Absqz ducis ductu cadit aut it deulus errans
ceculus. insipiens assimilatur ei.

Periqz leges ciuitatum et principum discunt. medici
ne auctores memorie mandant. poetarum fabulas studio
se legunt. in sacra vero scriptura negligenter se habent.
ait vgo.

Sacra tenent odio ciuilla lara legentes
edificant medicos: omne poema canunt

Aideo quosdam sacerdotes qui omittis euangelij et
profecis comedias legunt: et amatoria bucolicorum ver
suum carmina decantant. hiero. ad damasium.

Feda poetarum decantant carmina nugis
plena superuacuis despiciendo sacrum

Reprehenduntur clerici: qui diuinis neglectis scriptu
ris poetarum fabulas et alias seculares disciplinas le
gunt. c. sacerdotes. di. rrvij.

Negligit imprubens diuina et sancta sacerdos
carmina tum nugis turpia plena legit

Sacra scriptura in pluribus locis simplici nudoqz ser
mone scripta patet: et inde lucifugi eam cotenunt: et quic

quid maroniano vel ciceroniano lepore caret: dedignatur legere: solaq; aurium delectatione trahuntur. ait baptista mantuanus.

¶ Respuit eloquium fatuus venerabile sacrum: illa legens que nil utilitatis habent.

¶ Mittamus seculares et profanas disciplinas: et sacras studiosè legamus quia [vt ait hiero.] litteras nescit: qui sacra ignorat.

¶ Qui rudis ignorat celestia dogmata quantum cetera cognoscit: nil mihi crede: sapit.

¶ Que sursum sunt sapite: et que sursum sunt querite. valde enim insipiens est qui alijs quam que saluti anime sue videt expedire elaborandum putat. ait hiero

¶ Et nimis insipiens anime nocitura saluti qui legit aspernans omne salutarum

¶ Lege librum psalmoz. psalmus enim fugat demones angelos in adiutorium inuitat: scutum est in nocturnis terroribus: tutela periculis. incipientibus primum efficitur elementum. pfectis stabile firmamentum. basilius in hexamerò.

¶ Infinita liber psalmoz commeda confert his qui sepe legunt: et vigilanter eum.

¶ Nostrę diuitie sunt in lege dei meditari die ac nocte. sed non tibi sufficere putes mandata dei memoriter tenere: et operibus obliuisci. sed ideo lege sacras scripturas: vt facias quicquid ibidē didiceris. scienti enim bonum et non facienti: peccatum est illi grauius: sicut sumentis cibum et non digerenti pernitiosum est ei. ait aug.

¶ Sic peccat grauius: qui scit sapienter et apte quelibet: et sapiens nil sapienter agit.

¶ Pessimus est: qui dicit se videre que recta sunt. sed facere nolle. ideo curandum solerter est: vt quod intellectus bene sentit: operatio còdigna pfiat. greg. in home.

¶ Que bene sentimus recte et sapienter agamus. vt nostrum studijs assimilatur opus.

Destis ac diuine sapientie precepta discamus: ut
sapienter et honeste viuamus. et rudes atq3 ignaros do-
ceamus. ait vgo.

Disce quibus valeas rudibus prodesse docenda
et bene viuendo tu quoq3 proficias.

Luceat lux vestra coram hominibus. et nemo talentū
sibi commissum more serui nequam abscondat. doceat qui
docere valet: et predicet qui predicare didicit. ait hiero.

Doctorum nitent: sanctissima queq3 docendo:
lux: et diffundat lumen vbiq3 suum.

De predicatore.

Predicator vilia doceat: inuilia pretermittat. et p
ingenijs docendorum moderetur verba doctrine.
ait hiero.

Dille proponat: quod inutile cernit omittat.
predicet id solum: quod bene quisque capit.

Non vna et eadem exhortatio omnibus congruit. Ideo
agnoscat predicator qualitatem ingenium et capacitatem
docendorum: ut his doctrinam accommodet. ambro.

Non eadem cunctis hortatio congruit. ergo
ingenio plebis congrua verba dabit.

Secundum plebis ingenium verba moderetur: illorum
fugiens temeritatem: qui quadam facilitate verborum inmo
audacia edisserunt alijs: quod ipsi non intellunt. de cōse.
di. v. c. oportet.

Pro ingenio plebis moderentur verba docendo.
solum ea proponens que bene quisq3 capit.

Cum predicator se ad loquendum preparat: sub quā-
to cautelē studio loquatur attendat. ne si inordinate ad
loquendum rapitur: erroris vulnere audiētium corda feriat.
et cū fortasse sapiētē se videri desiderat: virtutis cōpagē
insipienter abscondat. c. si rector. di. xliij.

Quando loaturus quisquam se preparat. ore
aspiciat cautus quid sonet ille suo.

Res
46453